

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

De lege agraria II

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

nullas colonias, nullam venditionem vectigalium, nullum imperium novum, nullum *regnum decemvirale*, nullam alteram Romam, neque aliam sedem imperii, nobis consulibus, futuram, summamque tranquillitatem pacis, atque otii: verendum, credo, nobis erit, ne vestra illa præclara lex Agraria, magis popularis esse videatur. cum verò scelera consiliorum vestrorum, *fraudemque legis*, & insidias, quæ ipsi populo Romano à popularibus tribanis pl. fiant, ostendero, 1. pertimescam, credo, ne mihi non liceat contra vos in concione consistere: præsertim cum mihi deliberatum, & constitutum sit, ita gerere consularum, quo uno modo geri *gravior*, & *liberè* potest, ut neque provinciam, neque honorem, neque ornamentum aliquod, aut commodum, neque rem ullam, quæ à tribuno pl. impediri possit, appetiturus sim. Dicit frequentissimum senatum consul, Kalendis Januarii, sese, si status hic reipub. maneat, neque aliud negotium extiterit, quod honestè subterfugere non possit, in provinciam non iturum. Sic me 2. in hoc magistratu geram populo Rom. ut possim tribunum pl. reipub. iratum coercere: mihi iratum, contemnere. Quamobrem, per deos immortalis, colligite vos, tribuni pl. deserite eos, à quibus, nisi prospicitis, brevi tem-

pore deseremini: conspirate nobiscum: consentite cum bonis: communem reipub. *communis studio*, atque amore defendite. multa sunt occulta reipub. vulnera, multa nefariorum civium perniciosa consilia: nullum externum periculum est, non rex, non gens ulla, non natio pertimescenda est: inclusum malum, intestinum, ac *domesticum* est, huic pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. Erratis, si senatum probare ea quæ dicuntur à me, putatis, populum autem esse in alia voluntate. Omnes, qui se *incolamè* volunt, sequentur auctoritatem consulis, soluti à cupiditatibus, 3. liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Quod si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione *honori velificari* suo: primum, me consule, id sperare desistat: deinde habeat me ipsum sibi documentum, quem equestris locum locum videt, quæ *vita via* facillimè viros bonos ad honorem, dignitatemque perducatur. Quod si vos vestrum mihi studium, P. C. ad communem dignitatem defendendam profiteremini, perficiam profectò id, quod maxime reip. desiderat, ut hujus ordinis auctoritas, quæ apud majores nostros fuit, eadem nunc longo intervallo reipub. restituta esse videatur.

M. TVLLIUS CICERO
DE
LEGE AGRARIA,
CONTRA
P. SERVILIUM RULLUM,
TRIBUNUM PLEBIS, AD
POPULUM.
ORATIO DECIMA SEXTA.
SYNOPSIS.

Causa. Tribuni pleb. superiori oratione Ciceronis in Senatu habita exterriti, ad populum Ciceroem vocant, quasi populo disceptatore (vixit in speciem commodo legem Agrariam suadebant) in causa superiores essent futuri. Cicero senatum se sequi jubet, eorum consensu seipsum in concionem venit, & hac oratione magnifica Legem Agrariam dissuadet. Euentus. Lex Rulli antiquata, non suffragiis aut intercessionibus trib. pleb. impeditus vnum eam Rullus cognita populi voluntate ferre non est ausus. 7. Plin. 30.



Si hoc ip. more positum, Quirites, institutoque majorum, ut ii, qui beneficio vestro *imagines* familiarum consecrati sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude conjungant, qua in oratione nonnulli aliquando digni majorum loco repetiuntur: plerique autem hoc perficiunt, ut tantum majori-

bus eorum debitum esse videatur, unde etiam quod *posterior* solveretur, redundaret. Mihi quidem apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur: non quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos, disciplinisque institutos videtis: sed quod laude populari, atque honoris vestri luce caruerunt. De me autem ipso, vercor, ne arrogantis sit apud vos dicere: ingrati, tacere. nam & quibus *studium* hanc dignitatem consecutus sim, memetipsum commemorare,

4. *Pertimescam credo, ne mihi non liceat, &c.* Pal. sec. haud agnoscit: men: & poterat abesse.

5. *In hac magistratu geram populo Rom. ut possim.* Receptit Lambinus conjecturam Lauredanii, geram P. C. ut poss. sed tamen nihil vitii est in

vulgata.

3. *Liberi à delictis.* Lambini conjectura, à delictis. sed quæsum in tandem? an non hoc palam est, Ciceroem dicere: sibi assensuros, qui neque rerum novarum cupidus, neque scelerum sibi fins confecti.

3. *Mali*

rememorare, perquam grave est: & filere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum. Quare adhibebitur a me certa ratio, moderatioque dicendi; ut, quid a vobis acceperim, commemorare: quare dignus vestro summo honore, singularique iudicio sim, ipse modice dicam, si necesse erit: vos eodem existimatos putem, qui iudicavistis. Me perlongo intervallo propè memoriarum, temporumque nostrorum, primum *hominem novum*, consulem fecistis: & cum locum, quem nobilitas prædidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce, rescidistis: *virtutis, in posterum patere voluistis*. neque me tantummodo consulem, quod est ipsum per sese amplissimum, sed ita fecistis, quemodo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, novus ante me nemo. Nam profecto si recordari volueritis, de novis hominibus reperietis eos, qui *sine repulsa* consules facti sunt, diuturno labore, atque aliqua occasione esse factos, cum multis annis post petissent, quam prætores fuissent, aliquando seriùs quam per ætatem ac per leges liceret: qui autem anno suo petierint, sine repulsa non esse factos: me esse unum ex omnibus novis hominibus, de quibus meminisse possumus, qui consulatum petierim, cum primum licitum sit: consul factus sim, cum primum petierim: ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienarum petitionum occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed *dignitate impetratus* esse videatur. Est illud amplissimum, quod paulo ante commemoravi, *Quirites*, quod hoc honore ex novis hominibus primum me. I multis post annis, affectis: quod prima petitione: quod anno meo: sed tamen magnificentius, atque ornatus esse illo nihil potest, quod meis comitiis non 2 tabellam vindicem tacitæ libertatis, sed *voce viam præ vobis* indicem vestrarum eroga me voluntatum, ac studiorum tulistis. Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus: neque singulæ voces præconum, sed una voce universus populus Romanus consulem declaravit. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium, *Quirites*, cum ad animi mei fructum, atque lætitiarum ducere esse permagnam, tum ad curam, sollicitudinemque multo majus. Versantur enim, *Quirites*, in animo meo multa & graves cogitationes quæ mihi nullam partem neque diurnam, neque nocturnam quietis impertunt: primum *tuendi consularis*: quæ cum omnibus est difficilis, & magna ratio, tum verò mihi, præter ceteros: 3 cui errato, nulla venia; rectè factæ exigua laus, & ab invitis expressa proponitur: non dubitanti fidele consilium: non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. Quod si solus in discrimen aliquod adduceret: ferrem, *Quirites*, animo æquiore: sed mihi videntur certi homines, si qua in re me non modo consilio, verum etiam *casu lapsam* esse arbitrabuntur, vos universos, qui me antuleritis nobilitati, vituperaturi. mihi autem, *Quirites*, omnia potius perpetienda esse duco, quam non ita gerendum consularium, ut in omnibus meis factis, atque consiliis, vestrum de me factum, *consiliumque laudatur*. Accedit etiam ille mihi summus labor, ac difficillima ratio consularis gerendi, quod non eadem, qua superioribus consulibus, lege, & conditione utendum esse decrevi: qui aditum hujus loci, conspectumque vestrum partim magnopere fugerunt, partim non vehementer secuti sunt. Ego autem non solum hoc in loco dicam, ubi est id dictu facillimum: sed in ipso senatu, in quo esse locus huic voci

non videbatur, POPULAREM ME FUTURUM ESSE CONSULEM, prima mea illa oratione Kal. Januar. dixi. Neque enim ullo modo facere possum, ut, cum me intelligam, non hominum potentium studio, non excellentibus gratiis paucorum, sed universi populi Romani iudicio consulem ita factum, ut nobilissimis hominibus longè præponeret: non & in hoc magistratu, & in omni vita essem popularis. Sed mihi ad hujusce verbi vim, & interpretationem vehementer opus est vestra sapientia. versatur enim magnus error, propter insidiosas nonnullorum *simulationes*: qui cum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnant, & impediunt, oratione assequi volunt, ut populares esse videantur. Ego qualem Kalendis Januarii acceperim rempub. *Quirites*, intelligo: plenam sollicitudinis, plenam timoris: in qua nihil erat mali, nihil adversi, quod non boni metuerent, improbi expectarent. omnia turbulenta consilia contra hunc reipubl. statum, & contra vestrorum otium partim iniri, partim, nobis consulibus designatis, inita esse dicebantur. sublata erat de *foro fides*, non ictu aliquo novæ calamitatis, sed suspitione, ac perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum: novæ dominationes; extraordinaria, non imperia, sed *regna*, quæ putabantur. Quæ cum ego non solum suspicari, sed planè cererem: (neque enim obscure gerebantur: dixi in senatu, in hoc magistratu me popularem consulem futurum. Quid enim est tam populare, quam P A X? qua non modo ii, quibus natura sensum dedit, sed etiam recta, atque agrum mihi lætari videntur. Quid tam populare, quam LIBERTAS? quam non solum ab hominibus, verum etiam à bestiis expectari, atque omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare, quam O T I U M? quod ita jucundum est, ut & vos, & majores vestri, & fortissimus quisque vir, maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse, præsertim in imperio, ac dignitate: qui idcirco etiam majoribus nostris præcipuam laudem, gratiamque debemus, quod *eorum labore* est factum, ut impunè in otio esse possimus. Quare qui possum, non esse popularis, cum videam hæc omnia, *Quirites*, pacem externam, libertatem propriam generis, ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia, quæ vobis cara atque ampla sunt, in fidem, & quodam modo in patrocinium mei consularis esse collata? Neque enim, *Quirites*, illud vobis jucundum, aut populare debet videri, LARGITIO ALIQUA PRO MOLIATA, quæ verbis ostentari potest, re vera fieri, nisi exhausto ætatio, nullo pacto potest. neque verò illa popularia sunt existimanda, iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, restitutio damnatorum: qui civitatum afflictarum, perditis jam rebus, & extremi exitiorum solent esse exitus. neque si qui agros populo Rom. pollicetur, si aliud quiddam obscure moliantur, aliud *spe ac specie* simulationis ostendant, populares existimandi sunt. Nam verè dicam, *Quirites*, genus ipsum legis Agrariæ vituperare non possum. venit enim mihi in mentem, duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanæ viros, Ti. & C. Gracchos, plebem in agris publicis constituisse, qui agri à *privatis* antea possidebantur, non solum autem ego is consul, qui, ut plerique, nefas esse arbitret, Gracchos laudare: quorum consiliis, sapientia, legibus, multas esse video reipublicæ partes constitutas. Itaque, ut initio mihi, designato consuli, nuntiabatur, legem Agrariam

1. *Multis usque annis, affectis.*) Sic mæluerat ex Erfurd. Soffridi Guilielmus; respondebatque Pal. secund. optimi commatias liber. vulgata, *multis posthabitis aff.* an vere? neque enim M. Tullius primus homo novus & levis est. prima per tione fortasse primus. sed hoc ut in gradatione, mox ponit. ut heic hoc velit, in se primo post longum intervallum a usurpatione populi ius. verum nihil perendo: tantum secum ago Gulicimio.

2. *Tulliam vindicem tanta libertatis.*) Secreti sumus non tam conje-

Etaneum Lauretani, quam fidem Erfurd. codicis & Pal. pr. ac sec. in quibus hæc lectio non vulgata, *inditem*; quæ nihil est; hæudque ad. o agnoscentur ab editione anni CCCCLXXXII.

3. *Cui errato nulla venia.*) Edd. vet. cum *erratis*; quod & in Pal. pr. nam sec. cuius *errato*, sententia clarissima. Rivius ad Terentii Mæcram sine pro vulgata, qui adeatur.

4. *Extremi exitiorum silent esse exitus.*) Lambinus amoliri cuperet illud *exitiorum*, præter m. l. & quibus tamen Pal. pr. non habet *extremi*.

riam tribunos plebis designatos conscribere: cupiebam, quod cogitarent, cognoscere. etenim arbitrabar, quoniam eodem anno gerendi nobis essent magistratus, esse aliquam oportere inter nos reipublica bene administranda societatem. Cum familiariter me in eorum sermonem insinua- rem, ac darem; celabar, excludebar, & cum ostenderem, si lex utilis plebi Romana mihi videretur, auctorem me, atque adjutorem futurum: tamen spernabantur hanc liberalita- tem meam: negabant, me adduci posse, ut ullam largi- tionem probarem, finem feci *offeredi mei*, ne forte mea se- dulitas, aut insidiosa, aut impudens videretur. Interea non desistebant clam inter se convenire, privatos quosdam ad- hibere, ad suos ceteros occultos necem adungere, & soli- tudinem, quibus rebus, quanto in metu fuerimus, ex vestra sollicitudine, in qua illis temporibus fuistis, facile assequi coniectura poteritis. Incunt tandem magistratus tribuni pleb. 1. contio tandem expectata P. Rulli, quod & prin- ceptus erat Agrariae legis, & truculentius se gerebat, quam ce- teri. 2. Jam designatus, alio vultu, alio vocis sono, alio in- cessu esse meditabatur: vestitu obsoleto, corpore majore: ut oculis, & adpectu denuntiare omnibus *vim tribunatiam*, & minitari reipub. videretur. Legem hominis, concio- nemque expectabam. Lex initio nulla proponitur: concio- nem in primis advocari jubet: summa cum expecta- tione concurrunt, explicat orationem sane longam, & ver- bis valde bonis. Unum erat, quod mihi vitiosum videba- tur, quod tanta ex frequentia inventi nemo potuit, qui *in- nulli genus posset*, quid diceret, hoc ille utrum insidiarum causa fecerit, an hoc genere eloquentiae delectetur, nescio. Tamen, 3. si qui acutiores in concione steterant, de *lege Agra- ria* nescio quid voluisse eum dicere, suspicabantur. Ali- quando tandem, me designato, 4. lex in publicum librarii: descriptam legem ad me afferunt. 5. Omni hoc vobis ratio- ne confirmare possum, Quirites, hoc animo me ad legen- dam legem, cognoscendamque venisse, ut, si eam vobis ac- commodatam, atque utilem esse intelligerem, auctor ejus, atque adjutor essem, non enim natura, neque *desidio*, neque odio penitus insito, bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu, & quia per sepe seditiosus, atque improbis tribunus plebis, boni & fortes consules oblitere- runt, & quia vis tribunatitiae nonnumquam libidini restitit consulari. *NON POTESTATVM* dissimilitudo, sed animo- rum disjunctio disensionem facit. Itaque hoc animo legem summi in manus, ut eam cuperem esse aptam vestris com- modis, & ejusmodi, quam consul, re, non oratione, popu- laris, & honeste, & libenter posset defendere. Atque ego à primo capite legis, usque ad extremum, reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi ut *decem reges*, ararii, vectigalium, provincia- rum omnium, totius reipublicae regnorum, liberorum popu- lorum, orbis denique terrarum, domini constituerentur, legis Agrariae simulatione, atque nomine. Sic confirmo, Quirites, hac lege Agraria pulchra atque populari, dari vo-

bis nihil, condonari certis hominibus omnia: *ostendi popu- lo Romano agras, arripit etiam libertatem*: privatorum pecu- nias augeti, publicas exhausti: denique, quod est indi- gnissimum, per tribunum plebis, quem majores praesidem libertatis, custodemque esse voluerant, reges in civitate constitui. Quae cum exposuero, si falsa vobis videbantur, esse: sequar auctoritatem vestram; mutabo mentem sententiam, sin insidias fieri libertati vestrae, simulatione largi- tionis, intelligetis: nolite dubitare, plurimo sudore, & 7. sanguine majorum vestrorum partem, nobisque traditam libertatem: nullo vestro labore, consule adjutore, defendere. Primum caput est legis Agrariae: quo, ut illi putant, tentamini leviter, quo animo libertatis vestrae diminutio- nem ferre possitis. Jabet enim *TRIBUNVM PLEBIS, QUI EAM LEGEM TULERIT, CREARE DECEM VIROS PER TRIBVS SEPTEMDECIM, VT, QVEM NOVEM TRIBVS FECERINT, IS DECIMVS SIT*. Hic quæro, quam ob causam initium rerum, ac legum suarum hinc duxerit, ut populus Romanus *suffragio privaretur*, toties legibus Agra- riis curatores constituti sunt, triumviri, quinqueviri, decemviri: quæro à populari tribuno plebejo, equando, nisi per xxxv tribus creati sint. Etenim cum *OMNES PO- TESTATES*, imperia, curaciones ab universo populo Ro- mano proficisci convenit, tum eas profectio maxime, que constituuntur ad populi fructum aliquem, & commodum, in quo & universi deligant, quem populo Romano maxi- me consulturum putent, & unusquisque studio, & suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit. Hoc tribuno plebis potissimum venit in mentem, popu- lum Romanum universum private suffragiis, paucas tribus, non certa conditione juris, sed *sortis beneficio*, sortituro, ad usurpandam libertatem vocare. *ITEM*, inquit, *ED- DEMQUE MODO*, capite altero, *UT COMITIIS PONTIFI- CIS MAXIMI*. Ne hoc quidem vidit, majores nostros tam fuisse popularis, ut quod per populum creati fas non erat, propter religionem factorum, in eo tamen, propter simi- litudinem sacerdotii voluerint populo supplicari, atque hoc idem de ceteris sacerdotiis Cn. Domitium, tribunum plebis, vir clarissimum, tulit: quod populus per religionem sacro- doria mandare non poterat, ut minor pars populi vocetur: ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Videte, quid interfit inter Cn. Domitium, tribunum plebis, hominem nobilissimum, & P. Rullum, qui teutavit, ut opinor, patientiam vestram, cum se nobilem esse diceret, Domitium, quod per caeremonias populi fieri non poterat, ratione affectus est, ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, & populi ad partes daret: hic, quod populi proprium semper fuit, quod nemo imminuit, nec in- mutavit, quin is, qui populo agros essent assignati, ante acciperent à populo beneficium, quam daret: id totum eripere vobis, atque è manibus extorquere conatus est, ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodam modo dedit: hic, id quod adimi nullo pacto poterat, po- testate; quodam ratione eripere conatur. Quæret quispiam, in tanta injuria, tantaque impudentia *quid speravit*. Non de- cuit

1. *Contio tandem expectata.* Lambinus abjecerat *tandem*, quod tamen hic ponitur in Pal. loc. nec male. Gulielmius conscribat, *expectatur*.
2. *Jam designatus.* Lambinus permittit, *Nam jam desig.* sed nullo administrante libro videtur.
3. *Signi sententia in concione.* Firmatur & istud à noll. nostris, contra pruriginem Lambinianam.
4. *Lex in publicum.* Lambinus in *publica*; verum inquit Pall. & olim editus.
5. *Omni hac vobis ratione.* Lambinus censet legendum *asseratione*, & id intulit libris suis, sed quis eum censorem constituit.
6. *Quia per sepe, etc.* Lambinus præposuit, *sed*; nullo suffragante exemplari; imo ne ulla quidem ratione.
7. *Sanguine meo, et non vestrum partem vobisque traditam.* Sic Pal. pr. non *vestrum*, ut editio, item *vestrumque*; verum si sequimur Pal. loc. reponen- dum, *magister vestrum*, nam cum is prius ex traferet *vestrum*, id mox in-

duxit substituitque alterum.

8. *Item, inquit, eodemque modo, capite altero, ut comitiis.* Lauredanus eiecit, *eodemque modo*, ut glossema: quod non videtur Gulielmio; sed libenter legitur, *Item, inquit, capite altero, eodemque modo ut comitiis*. fiat etiam pro vulgata *Purcanus*, quoniam in legibus scribandis multa ejusmodi ad significationem vel pleniorum, vel aptiorem inveniantur.

9. *Populi ad partes daret.* Sana meo judicio lectio, explicatque ac- ceptatam post. sed tamen Lauredanus mutat *populo*, Gulielmius re- scribit, *populi ad partes traheret*.

10. *Quid adimi nullo pacto poterat, potestate, qualem ratione eriperetur.* Haud aliter Pall. nostri. Muretos tamen non admodum dobi- cat libro v. Variar. Lect. cap. 5. quin legendum sit, *poterat, potestate qualem erat*, cui non assensus fuit Gulielmius, neque ego adeo accedere possum.

desuit consilium: fides erga plebem Romanam, æquitas in vos, libertatemque vestram, vehementer desuit. Juber enim comitia decemviris habere creatandis eum, qui legem tulerit. Hoc dicam planius: Juber Rullus, homo non cupidus, neque appetens habere comitia Rullum. Nondum reprehendo. *Indeo fecisse alios*, illud, quod nemo fecit, de minore parte populi, quod pertineat, videte. Habebit comitia: volet eos rennitiare, quibus regia potestas hac lege qua titur universo populo neque ipse committit, neque illi horum consiliorum auctores committi recte putant posse. Sortietur tribus idem Rullus, homo felix educet, quas volet, tribus, quos novem tribus decemviros fecerint, ab eodem Rullo educat: hos omnium rerum (ut jam ostendam) dominos habebimus, atque ii, ut grati, ac *memores beneficii* esse videantur, aliquid se novem tribuum notis hominibus debere confitebuntur: reliquis vero sex, & xx tribubus, nihil erit, quod non putent posse suo jure denegare. Quos tandem igitur decemviris creari vult? Se primum. Qui licet? Leges enim sunt veteres, neque ex consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed tribunitiæ, vobis, majoribusque vestris vehementer gratæ, atque jucundæ. Licinia est lex, atque altera Æbutia: quæ non modò *EVM QVI TULLERIT*, de aliqua curatione, ac potestate, sed etiam collegas ejus, cognatos, a sineis excipit, ne eis ea potestas, curatione mandetur. Etenim, si populo consulis: rem ovete a *seffione alienus tui commodi*: fac idem, tenihil, nisi populi utilitatem; & fructum quaerere: sine ad alios potestatem, ad te gratiam beneficii tui pervenire, nam hoc quidem vix est liberi populi, vix vestrorum animorum, ac magnificentiæ. Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem partem populi suffragiis privavit? Rullus. Quis comitiis præfuit? Rullus. Quis tribus, quas voluit, vocavit, nullo custode sortitus? Quis decemviros, quos voluit, renuntiavit? Idem Rullus. Quem principem renuntiavit? Rullum. Vix, mehercule, *se vos* hoc eum suis, non vobis, omnium gentium dominis probaturum arbitraret. Optimæ leges igitur hac lege sine ulla exceptione tollentur. Idem legis sibi sua lege curationem petet: idem, majore parte populi suffragiis spoliata, comitia habebit: quos volet, atque in iis *se ipsum renuntiat*: & videlicet collegas suos, adscriptores legis Agrariæ non repudiabit, à quibus ei locus 3 primas invidiæ in præscriptione legis concessus est: ceteri fructus omnia rerum, qui in spe legis hujus positi sunt, communis cautione, atque 4 æqua sibi parte retinentur. At videte hominum diligentiam, si aut Rullum cogitasse, aut si Rullo potuisse in mentem venire arbitramini. Viderant ii, qui hac machinabantur, si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data, quæcunque res esset, in qua *fides, integritas, virtus, auctoritas quaeretur*, vos eam sine dubitatione ad Cn. Pompejum principem delaturos. Etenim, quem

unum ex cunctis delegissetis, ut eum omnibus omnium gentium bellis terra & mari præponeretis: certè in decemviris faciendis, si vobis fides haberetur, si vobis honos: & committi huic optimè, & ornari hunc justissimè posse intellegebant. Itaque *excipitur* hac lege, non adolecentia, non legitimum impedimentum, non potestas, non magistratus ullus alius negotiis, ac legibus impeditus, non reus demque, quo minus decemviri fieri possent. Presentem eum proficere jubet, quod nulla alia in lege unquam fuit, ne in his quidem magistratibus, quorum certus ordo est. Timebas enim, Pompejus ne si adesset, ferri non posset: aut, ne, si si accepta lex esset, illum sibi collegam adscriberetis, *custodem*, ac vindicem cupiditatum. Hic, quoniam video vos hominis dignitate, & comælia legis esse commotos: renovo illud, quod intro dixi, *regnum comparari*, libertatem vestram hac lege funditus tolli. An vos aliter existimabatis, cum ad omnia vestra pauci 6 homines cupiditatis oculos adiecissent? non eos in primis id æturos, ut ex omni custodia vestra libertatis, ex omni potestate, curatione, patrocinio vestrorum commodorum Cn. Pompejus depelleretur? Viderunt, & vident, si per imprudentiam vestram, negligentiam meam, legem incognitam accepertis: fore, uti postea, cognitis insidiis, cum decemviros crearetis: tum vitis omnibus, & sceleribus legis, Cn. Pompej præsidium opponendum puteris. Et hoc parvum augmentum vobis erit, à certis hominibus dominationem, potestatemque omnium rerum quaeri, cum videatis, eum, quem custodem vestra libertatis fore videant, *experimenti fieri dignitatis*? Cognoscite nunc, quæ potestas decemviris, & quanta detur. Primum lege Curiata decemviro ornari. Jam hoc inauditum, & planè novo more, uti Curiata lege magistratus detur, qui nullis Comitiis antè sit datus. Eam legem 7 ab eo prætor, qui sit primus factus, ferri jubet. At quomodo? Ut si decemviratum habeant, quos plebs designaverit. Oblitus est, nullos à plebe designari. Et is orbem terrarum constringit novis legibus, qui, quod in secundo capite scriptum est, non meminit in tertio? Atque hic perspicuum est, quid juris à majoribus accepertis quid ab hoc tribuno plebis vobis relinquatur. 8 *MAROS* de omnibus magistratibus bis vos sententiam ferre voluerunt, 9 nam cum Centuriata lex censoribus ferebatur, cum Curiata ceteris patriciis magistratibus; 10 tum iterum de eisdem judicabatur, ut esset reprehendendi potestas, si populum *beneficium sui pœniteret*. Nunc, quia prima illa comitia tenetis, centuriata, & tributa: curiata tantum auspicio causa remanserunt. Hic autem tribunus plebis, quia videbatur, potestatem neminem injussu populi, aut plebis posse habere, curiatis ea comitiis 11 quæ vos non finitis, confirmavit: tributa, quæ vestra erant, sustulit. Ita, cum majores 12 binis comitiis voluerint vos de singulis magistratibus, judicare

Dd hio

1. Quæ majorem partem populi suffragiis prohibuit. Reposui istud abiecto privavit; quod alterum restaret in Pall. in Erford. & edd. antiquis.
 2. Non vobis, omni & arbitrare. Placet lectio Pal. sec. arbitror. Gualtelmius mallet, ne vobis, aut ne dum vobis.
 3. Primum invidiæ in præscriptione legem concessio est. Pall. prim. & vet. edd. & in præf. quod recte item in Pal. sec. habetque præterea, primus in iudicio: tere quod postrosum etiam ex Turingicis codd. Suffragiis Petri, cui id perplecebat; non etiam Gualtelmius. Idem hæreo; ac nuto, tereque propendo in partem Suffragiis mei.
 4. Æqua sibi parte retinetur. Pall. ambo & vetusti euf. æqua ei parte, adeo ut non abhorreat à Gualtelmi coniectano, æquabili parte.
 5. Non vobis denique. Negativa est à Lauredan; ne putemus fore originem habere alicui cod. ei calamo exarato, certè Pal. sec. heic habet; impeditus: tere denique, qui minus decemviri fieri possent, non excipitur: Cn. Pompejus excipitur, ut eum P. Rullus, tere de ceteris decemviris fieri possent, profectum omnino proficere jubet: quod nulla in lege unquam fuit, ne in his quidem magistratibus quorum certus ordo est. fore accepta lex esset, illum sibi collegam adscriberetis: custodem ac vindicem cupiditatum. Hic quantum, &c. & vero ultima illa clausula, etiam vultur in Palatino primo in editionibus Venetis tribus, annorum nempe CCCCLXXIII. CCCCLXXIII. ac

CCCCXCIX. illius nostri vulgati: Timebas enim Pompejus, ne si adesset, ferri non posset: aut ne si, in scriptis illis aut editis, vola nulla nec vestigium, & vero prior pars hujus lectionis ipsissima est Ciceronis, atque admittenda in contextum, postea or syllaba fore una alteraque iuxta est, quam emendabit ordo Criticus: moneo interim Pal illum secundum magis præ se ferre sine accepta lex, quam fore.
 6. Hominem cupiditatis rebus adiecit? Gualtelmius, non conecquit hanc phrasin, emendatque homines cupidis atque audaces rebus adiecit.
 7. Ab eo prætor qui sit. Pall. verbo interferunt, Prætor P. R. hoc est, populi Rom.
 8. Majoris de omnibus magistratibus. Editio princeps, de singulis neque aliter uterque Pall. ut videatur revocandum.
 9. Nam cum centuriata lex censoribus ferebatur. Sic Pall. nostri, sic olim eufi Græchius tamen lib. de Comitiis atque Honoribus lib. 5. observat. cap. 11. emendant eos alibi, quod & receperunt à Lambino.
 10. Tum iterum. Ita prima quidem editio, sed Pal. cum.
 11. Quæ vos non finitis. Nihil variant Pall. Pantagathus maluit scripsit. Honoribus tenetis, ut & Lambinus.
 12. Binis comitiis voluerint. Pall. viderunt. primus præterea hujus comitiis.

hic homo popularis ne unam quidem populo comitorum potestatem reliquit. Sed videte hominis religionem, & diligentiam. Vidit, & perpexit, sine cursata lege decemviro habere potestatem non posse, quoniam per novem tribus essent constituti. 1. Jubeat ferre de his legem curiatam: *prætoris imperio*, quam id ipsum absurdè, nihil ad me attinet. jubeat enim, *QUI PRIMVS SIT PRÆTOR FACTVS, EYM LEGEM CURIATAM FERRE. SIN IS FERRE NON POSSIT: QUI POSTREMVS SIT: 2. ut aut lusisse in tantis rebus, aut profectò nescio quid spectasse videatur. Verum hoc quod est aut ita peruersum, ut ridiculum: aut ita malitiosum, ut obscurum sit, relinquamus: ad religionem hominis revertamur. Videt sine lege curiata nihil agi per decemviro posse. Quid postea, si ea lata non erit? Attendite ingenium. *TVM II DECEMVIRI, INQUIT, EODEM IVRESINT, QVO QUI OPTIMA LEGE.* Si hoc fieri potest, ut in hac civitate, quæ non jure libertatis ceteris civitatibus antecellit, quiquam nullis comitiis imperium, aut potestatem assequi possit: quid attinet tertio capite legem curiatam ferre jubere, quoniam quarto permittas, ut sine lege curiata idem juris habeant, quod haberent, si optima lege à populo essent creati? 3. *Roges constituamur, non decemviri, Quirites: iique ab his initiis, fundamentisque nascuntur.* ut non modo cum gerere cœperint, sed etiam cum constituerentur, omne vestrum jus, potestas, libertasque tollatur. At videte, quam diligenter retineat, quæ tribunitia potestatis. Consulibus legem curiatam ferentibus, à tribunis plebis sepe est *intercessum*. Neque tamen nos id querimus, esse hanc tribunorum plebis potestatem, tantummodo si quis ea potestate temerè est usus, existimamus. Hic tribunus plebis lege curiata, quam prætor ferat, adimit intercedendi potestatem. Atque hoc cum in eo reprehendendum est, quod per tribunum plebis tribunitia potestas minuitur: tum in eo deridendum, quod consuli, si legem curiatam non habet, attingere *rem militarem* non licet: 4. huic cui vetat, intercedendi potestatem, etiam si intercessum sit, tamen eandem constituit, quam, si lata esset lex: ut non intelligam, quare aut hic veter intercedere, aut quemquam intercessurum putet: cum intercessio iustitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. Sint igitur decemviri neque *veru comitiis*, hoc est, populi suffragiis, neque illis *ad species*, atque ad usurpationem vestustatis, per xxx lictores, auspicio: rum causa, adumbratis, constituti. Videte nunc, eos qui à vobis nihil potestatis acceperint, quanto majoribus ornamentis afficiantur, quam omnes non affecti sumus, quibus vos amplissimas potestates dedistis. 5. Jubeat auspici coloniarum deducendarum causa decemviro habere pullarios. *EODEM JURE*, inquit, *QVO HABUERUNT TRESVIRI LEGE SEMPRONIA.* Audes etiam, Rulle, mentionem facere legis Sempronie? nec te ea lex ipsa commonet, treis viros illos xxxv tribuum suffragio esse creatos? Et, cum tu à Ti. Gracchi æquitate, ac pudore longissimè remorus sis:*

1. *QVO D*issimillima ratione factum sit eodem jure potestas esse oportere? Dat præterea potestatem, verbo prætoriam, re vera *regiam*: definit in quinquennium, facit sempiternam, tantis enim confirmat opibus, & copiis, ut invictis eripi nullo modo possit. deinde ornat apparitoribus scribis, librariis, 6 præconibus, architectis: 7 præterea mulis, tabernaculis, centuriis, suppellectilibus: sumtum haurit ex ærario, suppeditat à sociis. 8 janitores ex equestri loco ducentos in annos singulos, stipatores corporis constituit, eosdem ministros, & satellites potestatis. Formam adhuc habetis, Quirites, & speciem ipsam tyrannorum: 9 insignia videtis potestatis, nondum ipsam potestatem. Dixit enim fortasse quispiam, Quid me ista lædunt, scriba, lictor, præco, pullarius? Omnia sunt hæc hujusmodi, Quirites, ut ex qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferendus, aut privatus furiosus esse videatur. Perpicite, quanta potestas permittatur: non privatorum insaniam, sed intolerantiam regis esse dicetis. Frimum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniarum conficienda de vestris vectigalibus, non fruentis, sed alienandis: deinde orbis terrarum, gentiumque omnium datur *cognitio sine consilio*, poena sine provocatione, animadversio sine auxilio. judicare per quinquennium, vel de consuliibus, vel de ipsis tribunibus pl. poterunt. de illis interea nemo judicabit. magistratus his gerere licebit: causam dicere non licebit. emere agros, à quibus volent, vel quos volent, quam volent magno, poterunt colonias deducere novas, renovare veteres, totam Italiam suis coloniis ut compelleret, permittitur: omnes provincias obeundi, liberos populos agris multandi, 10 regnorum vel dandorum summa potestas datur, cura velint: Roma esse, cum commodum sit: quacumque velint summo cum impetu, judicioque omnium rerum vagari ut liceat, conceditur. interea *dissolvant judicia publica*: de consiliis abducant, quos velint, singuli de maximis rebus judicant: quæstori permittant, finitorem mittant: ratum sit, quod finitor uni illi, à quo missus erit, renuntiaverit. Veniam mihi deest, Quirites, cum ego hanc potestatem, *regiam* appello. sed profectò major est quædam. *NVLIVM* enim *regnum* fuit unquam, quod non, si minus jure aliquo, at regionibus tamen certis, contineretur. hoc verò infinitum est, quo & regna omnia, & vestrum imperium, quod latissimè patet, & ea, quæ partim libera à vobis, partim etiam ignorata vobis, sunt, permittit legis continentur. Datur igitur eis primum, ut liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis senatusconsulta facta sunt, M. Tullio, Cn. Cornelio Coss. Cur hoc tam est obscurum atque cæcum? quid? ista omnia, de quibus senatus censuit, nominatim in lege perferri nonne poterunt? Dux sunt hujus *obscuritatis* cause, Quirites: una, pudoris, si quis pudor esse potest, in tam insigni impudentia: altera, scelestis, nam neque ea, quæ senatus nominatim vendenda censuit, audeat appellare, sunt enim loca publica urbis, sunt sacella, quæ post restitutam tribunitiam potestatem nemo attingit? 11 quæ majores in urbe

1. Jubeat ferre de his legem curiatam.) Hæc est recepta lectio, sed tamen vetustius impressi & Pall. ambo *centuriarum* omnino perscripserunt.

2. Ut aut lusisse in tantis rebus.) Pall. sec. ut *lusisse in tantis rebus.*

3. Reges constituamur Quirites, iique ab his initiis, &c.) Editio vetustior & Pall. pr. *Quirites, iique ab his initiis, &c.* Editio vetustior & Pall. pr. *Quirites, iique ab his initiis, &c.* Editio vetustior & Pall. pr. *Quirites, iique ab his initiis, &c.*

4. Hæc cui vetat intercedendi potestatem.) Nihil abest ab hac scriptura Pall. aut add. vet. recentiores tamen, hic qui vetat intercedendi potestatem, &c. Lambinus, hic qui vetat intercedendi potestatem, &c. quod habet & Manutius.

5. Jubeat auspici coloniarum, &c.) Pall. & ultimarum editionum, auspici, quod revocari poterat, introducit alia distinctione vocum.

6. Præconibus, architectis.) Gulielmus ferè volebat accipere, quod non reperitur: architectis in magistratuum iain. itis: nisi tamen his coloniarum causa attribui sint.

7. Præterea mulis, tabernaculis, centuriis.) Pantagathus & P. Manutius *centuriis*, valde placet. tabernacula ferebantur in malis, suppellectem in

canteriis.

8. Janitores ex equestri.) Antonius Augustinus *fuliores*, egregie.

9. Insignia videtis potestatis.) Est à Pall. ab *estud*, imò ab *olium* improfis, posteriores enim, *vestris*.

10. Regnum vel dandorum summa potestas.) *Regiam* retro vulgatam, nam inter media ætatis edd. *agrum* vel *daud*, *Camerarius* fingebat, *regnum* vendend, *rum*, minus nervosè, plus enim nocet potestique, cui donare liceat, placebat tamen illa conjectura *Puteano*: quod sic quoque infra poneretur, *regnum* vendend: alibi *Regna* denique *potestatem* etiam *regnum* vestra *vestris* &c.

11. Quæ majores in urbe partim periculi &c.) Manutius editit *periculi*, si quoque at restare in scriptis *luis* *Tuly*, *Vrsinus*, at *Lambinus* r. cepit *periculi* & *periculi*, conjecturam *Puteani*, *Gulielmus* tuetur vulgatam, exibatque profectò eadem in Pall. & olim publicis omnibus, partim nota, per partes. *Laetantius* lib. 1. *divinar*, infertur, cap. 19. *At enim, dicit aliquis, & hinc summa qui fecit omnia, & illa qui partim profuerunt, suam imperatoribus esse tribuendam.*

In urbe partim periculi pericula esse voluerunt. Hæc lege tribunitia decemviri vendent. Accedet eò mons Gaurus: accedent salicta ad Minturnas: adjungetur etiam illa 1 via vendibilis Herculanea, multarum deliciarum, & magnæ pecuniæ: permittit alia, quæ senatus propter angustias ærarii vendenda censuit, consules propter invidiam non venderunt. Verùm hæc fortasse propter pudorem in lege recitentur. 2 Sed illud magis est credendum, & pertimescendum, quòd audacia decemvitali, corrumperantur tabularum publicarum, fingendorumque senatusconsultorum, quæ salicta nunquam sunt, cum ex eo numero, qui per eos annos consules fuerunt, multi mortui sint, magna potestas permittitur, nisi fortè nihil est æquum vos de eorum audacia suspicari, quorum cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse videatur. Habetis unum venditionis genus, quod magnum videri vobis intelligo: sed attendite animos ad ea, quæ consequuntur. hunc quasi gradum quandam, atque aditum 3 ad cetera factum intelligigetis. QVÆ AGRI, QVÆ LOCA, QVÆ AEDIFICIA. Quid est præterea? multa in mancipiis, in pecore, auro, argento, ebore, veste, suppellectili, ceteris rebus. Quid dicam? invidiosum puta fiet hoc fore, si omnia nominasset? non metuit invidiam, quid ergo? longum putavit, & timuit, nequid præteriret: ad scripsit, ALIVDVE QUID, quæ brevitate rem nullam esse exceptam videtis. Quidquid ergo sit extra Italiam, quod publicum populi Rom. factum sit, L. Sulla, Q. Pompejo, consulis, aut postea, id decemviro jubet vendere. Hoc capite, Quiritis, omnes gentes, nationes, provincias, regna, decemviri ditioni, iudicio, potestati que permittit, & condonata esse dico. 4 Primum enim hoc quæro, quid tandem locus usquam sit, quem non possint decemviri dicere publicum populi Rom. esse factum. nam, eum idem 5 OSSIT iudicare, qui dixerit: quid est, quod non liceat ei dicere, cui liceat eidem iudicare? Commodum erit Pergamum, Smyrnam, Tralleis, Ephesum, Miletum, Cyzicum, totam denique Asiam, quæ post L. Sullam, Q. Pompejum, COS. recuperata sit, 5 populi Romani factam esse dicere. Utrum oratio ad ejus rei disceptationem deir: an, cum idem & differet, & iudicabit, impelli non poterit, ut salictum iudicet? an, si condemnare Asiam volet, terrorem damnationis, & minas non, quanti volet, æstimabit? Quid (quod disputari contra nullo pacto potest, quoniam statutum à vobis est, & iudicatum,) quam hereditatem jam crevimus, regum Bithyniæ? quod certè publicum est populi Romani factum. numquid causa est, quin omnes agros, urbes, stativa, portus, totam denique Bithyniam decemviri vendituri sint? Quid Mytlenæ? quæ certè vestræ, Quiritis, belli lege, ac victoriæ jure, factæ sunt: urbs & natura, & situ, & descriptione ædificiorum, & pulchritudine, in primis nobilis: agri jucundi, & fertiles: nempe eodem capite inclasi continentur. Quid Alexandria, cunctaque Ægyptus? ut occultè latet? ut recondita est? ut furtim tota decemviris traditur? Quis enim vestrum hoc ignorat, dici, illud regnum testamentis regis Alexandri, populi Rom. esse factum? Hic ego consilium populi Rom. non modo nihil iudico, sed ne, quid sentiam, quidem profero, magna enim mihi res 6 non modo ad statumendum, sed etiam ad dicendum videtur esse. Video, qui testamentum factum esse confirmet: auctoritatem senatus existare hereditatis aditæ sen-

tio, tum, quando Alexandro mortuo, legatos Tyrum missimus, qui ab illo pecuniam depositam, nostris recuperarent. 7 Hæc L. Philippum saepe in senatu confirmasse memoria Gneo. cum, qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque animo regio esse; inter omnes ferè video convenire. Dicitur contra, nullum esse testamentum: non oportere populum Rom. omnium regnorum appetentem videri: demigratos in illa loca nostros homines, propter agrorum bonitatem; & omnium rerum copiam. Hac tanta de re P. Rullus cum ceteris decemviris, collegis suis, iudicabit? 8 & verum iudicabit? nam utrumque ita magnum est, ut nullo modo neque concedendum, neque ferendum sit. Voleat esse popularis, populo Rom. adjudicabit. Ergo idem ex sua lege vendet Alexandriam, vendet Ægyptum: urbis copiosissima, pulcherrimorumque agrorum iudex, arbiter, dominus, rex denique opulentissimi regni reperietur. Non sumet sibi tantum, non appetet: iudicabit, Alexandriam regis esse: à populo Rom. ab iudicabit. Primum populi Rom. hereditatem decemviri iudicent, cum vos volueritis de privati hereditatibus centum viros iudicare? deinde quis aget causam populi Rom.? ubi res ista agetur? qui sunt isti decemviri, quos perspicimus regnum Alexandria Ptolemæo gratis adjudicatos? Quòd si Alexandria petebatur: cur non eosdem cursus hoc tempore, quos, L. Cocta, L. Torquato COS. curruerunt? cur non aperit, ut antea? cur non item, ut cum decreto, & palam regionem illam peterent? 9 an quietis iis, qui per cursum rectum regnum tenere non poterant, nunc tætris tenebris, & caligine se Alexandriam perventuros arbitrari sunt? Atque illud 10 circumspicite vestris mentibus, unaque * legatos nostros, homines auctoritate tenui, qui rerum privatarum causa legationes liberae obeunt, tamen exteræ nationes ferè vix possunt. GRÆVÆ EST enim nomen imperii, atque id etiam in levi persona pertimescitur, propterea quod vestro, non suo nomine, cum hinc egressi sunt, abutuntur. Quid censetis, cum isti decemviri cum imperio, cum fasibus, cum ille delecta finitorum juventute per orbem terrarum vagabuntur? quo tandem animo, quo metu, quo periculo miserarum nationes futuras? est in imperio terror: patientur, est in adventu sumus: ferent imperabitur aliquid muneris: non recusabunt. Illud verò quantum est, Quiritis, cum is decemvir, qui aliquam in urbem aut exspectatus, ut hospes, aut repente, ut dominus, venerit, illum ipsum locum, què venerit illam ipsam sedem hospitalem, in quam erit deductus, publicam populi Rom. esse dicit? quanta calamitas populi, si dixerit? quantus ipsi quæstus, si negarit? Atque iidem, qui hæc appetunt, queri nonnumquam solent, omnes terras Cn. Pompejo, atque omnia maria esse permittit. Simile vero est, multa committi, & condonari omnia? labori & negotio præponi, an prædæ, & quæstui? mitti ad socios liberandos? an ad opprimendos? denique, si quis est honos singularis, nihilne interest, utrum populus Rom. eum, cui velit, deserat: an is impudenter populo Rom. per legis fraudem surripiatur? Intellexistis, quot res, & quantas decemviri, legis permittit, vendituri sint. Non est satis, cum sese sociorum, cum exterarum nationum, cum regum sanguine impleant: incidant nervos populi Rom. adhibeant manus vestigalibus vestris, irumpant in ærarium. Sequitur enim caput, quo capite non permittit quidem, si fortè

D d 2 desit

1. Via vendibilis Herculanea.) Edd. vet. & Pall. Herculæta.
 2. Sed illud magis est credendum.) Fortæan videndum, inquit Gualtierius. Verum & vulgata ferri potest.
 3. Ad cetera factum intelligigetis.) Vetus omnis editio & Pall. factum.
 4. Invidiosum puta fiet.) Iniquis est emendatio Claudii Puteani, ablatioe unius litterulæ passisset. sic tamen nullus è nostris vet. aut quondam cois.
 5. Primum enim hoc quæro.) Illud enim non visited in nuper editis. ad est tamen in antiquioribus, item Pall. sed tali positus: Primum hoc quæro enim.
 6. Populi Rom. esse factam.) Lambinius præposuit, publicum pop. sed ita nulla editio exolevit, nullas Pal. & quid ea opas?

7. Non modo ad statumendum.) Pal. sec. non admittit, & bellius subauditur: unius cum eadem vox præcesserit linea prior.
 8. Hæc L. Philippum.) Coniiciebat Gualtierius: Ad hæc L. Grc. mihè heic ferè videtur esse ulcus occultum. nequo enim satis pereipio, quomodo illa: Eum qui regnum, superioribus cohereret.
 9. Et verum iudicabit.) Omnia istud retinendum, eiectione conjectatione Lambinianæ editionis, verum.
 10. An quisquis iis, qui per cursum rectum, &c.) Illustris est heic correctio Gualtierii, an qui Euphras qui per cursum, de quibus ipse plura in Questionibus Plautinis.
 11. Circumspicite vestris mentibus, unaque.) Sic quidem Pal. prim. sed sec. perspicite vestris mentibus, atque.

desis pecunia, quæ tanta r ex superioribus recipi poteat, ut deesse non debeat: sed planè, quasi ea res vobis salutis futura sit, ita cogit, atque imperat, ut decemviri vestra vestigalia vendant nominatim. Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Rom. auctionem: quam mehercule ego præconi huic ipsi luctuosam & æcerbam prædicationem futuram puto. **AVCTIO.** Ut in suis rebus ita in reo. luxuriosus est nepos, qui prius silvas vendat, quam vineas. Italianam percensuisti: perge in Siciliam. **AVCTIONIS PARS EA, QUÆ AD SICILIAM PERTINET.** nihil est in hac provincia, quod aut in oppidis, aut in agris majores nostri proprium nobis reliquerint, quin id venire jubeat. Quod partum recenti victoria majores vobis in sociorum urbibus, ac finibus, & *vinorum pacis* & monumentum belli reliquerunt, id vos ab illis acceptum, hoc auctore, vendetis? Hic mihi parumper mentes vestras, Quirites, commovere videor; dum patefacio vobis, quas isti penitus abstrusas, insidias se posuisse arbitrentur contra Cn. Pompeji dignitatem. & mihi, quæso, ignoscite, si appello talem virum sapius: vos mihi pretori biennio antè. Quirites, hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, ut, quibuscumque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum una tuerer. feci adhuc, quæ potui, neque familiaritate illius adductus, nec spe honoris, atque amplissima dignitatis: quam ego, etsi libente illo, tamen absente illo per vos consecutus sum. Quamobrem cum intelligam, hanc totam ferè legem ad illius opes everendas, tanquam *machinam* comparari: & resistam consiliis hominum, & perficiam profecto, quod ego video comparari, ut id vos universi non solum videre, verum etiam tenere possitis. Jubeat venire, quæ Attalenium, quæ Phaselitum, quæ Olymporum fuerint, agrumque Agerensem, & Orindicum, & Gedusanum hæc P. Servilii imperio & victoria clarissimi viri, vestra facta sunt. Adjungit agros Bithyniæ regios, quibus nunc publicani fruuntur: deinde Attalicos agros in Cherroneso: in Macedonia, qui regis Philippi, sive Perse fuerunt: qui item à censoribus locati sunt. & certissimum vestigal. Adscribit idem auctioni Corinthios agros, opimos, & fertiles, & Cyrenenses, qui Appionis fuerunt: & agros in Hispania propter Karthaginem novam: & in Africa ipsam veterem Karthaginem vendit: quam videlicet P. Africanus non propter religionem sedium illarum, ac vetustatis, de consilii sententia, consecravit, sed ut ipse locus, eorum, qui cum hac urbe de imperio certarunt, *vestigia calamitatis* ostenderet. Sed non fuit tam diligens, quam est Rullus: aut fortasse emotem et loco reperire non potuit. Verum inter hos agros regios, capros veteribus bellis, virtute summorum imperatorum, adjungit regios agros Mithridatis, qui in Paphlagonia, qui in Ponto, qui in Cappadocia fuerunt, ut eos decemviri vendant. Itane verò? non legibus datis, non auditis verbis imperatoris, nondum denique bello confecto, cum rex Mithridates, amissis exercitum, regno expulsus, tamen in ultimis terris aliquid etiam nunc molitur, atque ab invicta Cn. Pompeji manu, Mæotide, & illis paludibus, & itinerum angustiis, atque altitudine montium defendatur: cum imperator in bello versetur: in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum sit: eos agros quorum adhuc penes Cn. Pompejum omne iudicium & potestas, *more majorem*, debet esse, decemviri vendent?

Et, credo, P. Rullus: (is enim sic se gerit, ut sibi jam decemvir designatus esse videatur) ad eam auctionem penultimum proficietur: is videlicet antequam veniat in Pontum, litteras ad Cn. Pompejum mittet: quarum ego jam exemplum ab istis, compositum esse arbitror: **P. TERVILIUS RVLLVS. TRIBVNVS PLEB. DECVMVIR, S. D. CN. POMPEIO, CN. P.** Non credo adscripturum esse, **MAGNO** non enim videtur id, quod imminuere lege conatur, concessurus verbo, **TE VOLO CVRARE, VT MIHI SINOPE PRAESTO SIS, AVXILIVM QVE ADDVCAS, DVN TOS AGROS, QVOS TV LABORE CEPISTI, EGO MEA LEGE VENDAM.** An Pompejum non adhibebit? in eius provincia vendet manubias imperatoris? ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter vestra, atque hostium castra, hasta posita, cum suis 3 formosis finitoribus auctionem. Neque in hoc solum inest *contumelia*, quæ vehementer & insignis est, & nova, ut ulla res paria bello, nondum legibus datis, etiam tum imperatore bellum administrante, non modo venierit, verum etiam locata sit. Plus spectant homines certe, quam contumeliam: sperant, si concessum sit inimicis Cn. Pompeji, cum imperio, cum iudicio omnium rerum, cum infinita potestate, cum innumerabili pecunia, non solum aliis in locis vagari, verum etiam ad ipsius exercitum pervenire: aliquid illi insidiarum fieri, aliquid de ejus exercitu, copiis, gloria, *derahi possi*, putant, si quam spem in Cn. Pompejo exercitus habeat, aut agrorum, aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cum viderit, earum rerum omnium potestatem ad decemviros esse translata. Patior non moleste, tam stultos esse, qui hæc sperent: tam impudentes, qui conentur, illud queror, tam me ab his esse *contemptum*, ut hæc potentia, me consule, potissimum cogitent. Atque in omnibus his agris adificisque vendendis, permittitur decemviris, **VT VENDANT, QVIBVSQVEMQVE IN LOCIS VIDEATVR** O perturbatam rationem! ô libidinem refrenandam! ô consilia dissoluta, atque perita! **VECTIO ALIA** locare nūquam licet nisi in hac urbe, 4 hoc ex loco, hac vestrum frequentia, venire vestras res proprias, & in perpetuum à vobis alienari, in Paphlagonia tenebris, atque in Cappadocia solitudine habebit? L. Sulla cum bonis indemnatorum civium, funesta illa auctione sua venderet, & se *pradam suam* diceret vendere, tamen ex hoc loco vendidit: nec, quorum oculos offendeat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. decemviri vestra vestigalia non modo ne vobis quidem arbitris, sed ne præcone quidem publico teste vendent? Sequitur, **OMNIBUS AGROS EXTRA ITALIAM IN FINITO ET TEMPORIS**, non ut antea, ab Sulla & Pompejo **COSS.** Cognitio decemvirum, privatus sit an publicus: sicque agro pergrande vestigal imponitur. Hoc quantum iudicium, quam intolerandum, quam regium sit, quem præterit? posse, quibuscumque locis velint, nulla disceptatione, nullo consilio privata publicare, publica liberare? Excipitur hoc capite ager in Sicilia Recentonicus: quem ego excipi, & propter hominum necessitudinem, & propter æquitatem, Quirites, 5 sæpe vehementer gaudeo. Sed quæ hæc impudentia? qui agrum Recentonicum possident, *vestrate* possessionis se, non *jure*: misericordia lenatus, non agri conditione defendunt. nam illum agrum publicum esse fatentur. 6 se moveri possessionibus, amicissimis sedibus, ac diis penatibus

1. Ex superioribus recipi, &c.] Lambinus refert, sed non ex libris, quod heic dico. idem repetitum velim cap. 23. alibi, ubi, ubi idem euculos semper inculcat suum refert.
2. Acerbam prædicationem.] Quidam codd. *recitationem*, ut moneat Lauredanus, quod tamen Lambinus improbat, malè; cum versu superiore dixerit, *recita*, utraque lectio recta. *Pateant*.
3. Formose finitoribus.] Non rectè *finitoribus*, *senioribus*, ita supra dixit cap. 17. *com illa delicta fuerunt non potuit*, quo alludat, & quam ma autam Rullo adscriptat, *psalm* est. *Cal. innotuit*.
4. Hæc ex loco.] Pall. & veter. editiones, *Hæc aut illa ex loc.* ita in-

quam, nisi quod pr. & edd. habeant *hæc aut illa ex loc.* & forte Cicero digito aut capite ostendit aliam locum, ubi tamen venderetur, verum hæc perpendant. Astroquari, nam mihi otium non est penitus inquirere in morum illam veterem.
5. Sæpe vehementer gaudeo.] Nihil ab hæc abest scriptura Pall. aut veterum & cum Lambinos ad id sit *facit vob.* conjecturam se hæc Lauredanus nonnullis, *refert*.
6. Moveri possessionibus, amicissimis sedibus, ac diis penatibus.] Ita Pall. & olim impressis non ut vulgo: sed *moveri*, *ut non ut Lambiniana sit* *refert*.
L. Ruffus

penatibus negant oportere. At, si est privatus ager Recentoricus, quid eam excipis? si autem publicus: quæ est ista aequitas, ceteros, etiam si privati sint, permittere ut publici judicentur: hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur? Ergo eorum ager excipitur, qui apud Rullum *aliatione valuerunt*: ceteri agri omnes, qui ubique sunt, sine ullo delectu, sine populi Romani notione, sine iudicio senatus, decemviris addicentur. Atque etiam est alia, superiore capite, quo omnia veniunt quasi nosa exceptio: quæ teget eos agros, de quibus fœdere cautum est. Audivit, hanc rem non à me sed ab aliis agitari sæpe in senatu, nonnumquam ex hoc loco, possidere agros in ora maritima regem Hiempalem, quos P. Africanus populo Romano adjudicavit: & tamen postea per C. Cortam, *cos. cautum esse fœdere*. Hoc quia vos fœdas non iusseritis, veretur Hiempal ut fœdis firmum sit, & ratum. Quid? *cujusmodi est illud?* tollitur vestrum iudicium: fœdus totum excipitur: comprobatur. Quod minuit auctoritatem decemviralem, laudo: quod regi amico cavet, non reprehendo: quod non gratis sit, indico. volitat enim ante oculos istorum Juba regis filius, adolescens non minus benè nummatus, quam benè capillatus. Vix jam videtur locus esse, qui tantos acervos pecunie capiat: auget, addit, accumulatur. **AVRYM ARGENTVM EX PRAEDA, EX MANVBIBVS, EX CORONARIO, AD QVOSCVQVE PERYENIT, NEQVE RELATVM EST IN PVBLICVM. NEQVE IN MONVMENTO CONSVMTVM,** id profiteri apud decemviros, & ad eos referre jubet. Hoc capite etiam quætionem de clarissimis viris, qui populi Romi bella gesserunt, iudiciumque de pecuniis i repetendis, ad decemviros translatum videtis. horum erit nullum iudicium, quanta cuiusque manubiz fuerint, quid relatum, quid residuum sit. In posterum verbo lex hæc imperatoribus vestris constituitur, ut **QVICVMQVE DE PROVINCIA DECESSERIT, APVD EOSDEM DECEMVROS. QVANTVM HABEAT PRAEDA, MANVBIARYM, AVRI CORONARII, PROFITEATVR.** Hic tamen vix optimus eum, quem amat, excipit. Cn. Pompejum. Unde iste amor tam improvisus, ac tam repentinus? qui honore decemviratum excluditur prope nominatim: cuius iudicium, legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur: cuius non in provinciam, sed in ipsa castra decemviri cum imperio, infinita pecunia, maxima potestate, & iudicio rerum omnium, mittuntur: cui *ius imperatorium*, quod semper omnibus imperatoribus est conservatum, soli eripitur: is excipitur unus, ne manubias referre debeat. Utrum tandem hoc capite, honos haberi homini, *an invidia quæri* videatur? Remittit hoc Rullo Cn. Pompejus: beneficio isto legis, benignitate decemviri nihil utitur, nam si æquum, prædas, ac manubias suas imperatores, non in monumenta deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre, sed ad decemviros, tanquam ad dominos, reportare: nihil sibi appetit præcipue Pompejus, nihil: vult se in communi, atque in eodem, quo ceteri, iure versari. Sin est iniquum, Quirites; si turpe, si intolerandum, hos decemviros, portitores omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modò reges, atque exterarum nationum homines; sed etiam imperatores nostros excutiant: non mihi videntur honoris causa excipere Pompejum, sed metuerè, ne ille eandem contumeliam, quam ceteri, ferre non possit: 2 Pompejus autem hec animo sit, ut, quidquid vobis placeat, sibi ferent.

dum putet: quod vos ferre non poteritis, id profectò perficiat, ne diutius inviri ferre cogamini. Verumtamen cavet, ut, **SI QVA PECVNIA POST NOS CONSVLEBVS EX NOVVS VECTIGALIBVS RECIPIATVR, EA DECEMVIRI VNTANTVR** nova porro vectigalia videt ea fore, quæ Pompejus adjunxit. Ita remisit manubias, vectigalibus ejus virtute partem se frui putat oportere. Parta sit pecunia, Quirites, decemviris tanta, quanta sit in terris; nihil prætermisum: sed omnes urbes, agri, regna denique, postremò etiam vectigalia vestra venierunt: accesserint in cumulum manubias vestrorum imperatorum, quanta, & quam immanes divitiæ decemviris in tantis auctionibus, tot iudiciis, tantis in iura potestate rerum omnium quantantur, videtis. Cognoscite nunc alios immensos, atque intolerabiles quæstus, ut intelligatis, ad certorum hominum importunam *avaritiam* hoc populare legis agrariæ nomen esse quæsitum. Hac pecunia jubet agros emi, quò deducamini. Non consuevi homines appellare asperius, Quirites, nisi lacesitus. Velim fieri posset, ut à me sine contumelia nominarentur ii, qui se decemviros sperant futuros: jam videretis, quibus hominibus omnium rerum & vendendarum, & emendarum, potestatem permitteretis. Sed, quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. Unum hoc certè videor mihi verissimè posse dicere: tum, cum haberet hæc res. Lucianos, Calatinos, Acidinos, homines non solum honoribus populi, rebusque gestis, verum etiam *patientia paupertatis miratos*: & tum, cum erant 3 Catones, Philippi, Lælii, quorum sapientiam, temperantiamque in publicis, privatisque, foventibus, domesticisque rebus perpexeratis: tamen hujusmodi res commissa nemini est, ut idem *judicaret, & venderet*, & hoc faceret per quinquennium toto in orbe terrarum: idemque agros vectigaleis populi Romani abaleneret, & cum summam tantæ pecunie nullo teste sibi ipse ex sua voluntate fecisset; tum denique emeret, à quibus vellet, quod videretur. Committite vos nunc, Quirites, his hominibus hæc omnia, quos *adorari* hunc decemviratum suspicamini. reperietis, partem esse eorum, quibus ad habendum: partem, quibus ad consumendum, nihil satis esse videatur. Hic ego jam illud, quod expeditissimum sit, ne disputo quidem, Quirites, non esse hanc vobis à majoribus relictam *consuetudinem*, ut emanent agri à privatis, quò plebs publice deducatur: omnibus legibus agris publicis privatos esse diductos: hujusmodi me aliquid ab hoc horrido, ac truce tribuno pleb. expectasse: hanc verò emendi, & vendendi quæstuosissimam, ac turpissimam mercaturam, alienam actione tribunicia, alienam dignitate populi Romani semper putavi. Libet agros emi. Primum quæro, quos agros? & quibus in locis? nolo suspensam, & incertam plebem R. obscura spe, & cæca expectatione pendere. Albanus ager est, Setinus, Privernas, Fundanus, Vestinus, Falernus, Linternus, Cumanus, Casinas, audio. Abalia porta, Capenas, Faliscus, Sabinus, Reatinus, Venafranus, Alifanus, Trebulanus. Habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros, & ceteros horum simileis non modò emere, verum etiam coacervare possis: cur eos non definis, neque nominas, ut saltem deliberare plebs Romana possit, quid intersit sua, *quid expediat*, quantum tibi in emendis, & in vendendis rebus committendum putet? Definitio, inquit, ITALIA M. Satis certa regio, etenim

D d 3

etenim

1. *Repetitio, ad decemviros translatum videtur.* Voces quatuor à fine, non sunt in Pal. sic rectè meo iudicio, nec laborat prorum verborum sententia, si verbum *quætionem*, resolvitur in *quæstio est*. hoc admisso, nemo non intelligit illud quod statim sequitur: *Horum erit nullum iudicium, quanta cuiusque manubiz fuerint, quid relatum, quid residuum sit.* Sic enim restituendum duxi ex Pall. item omnibus *veit.* add. annorum centum. ridiculos enim heic est Lambinus, qui citat editionem anni 10 LXXI. in quo invenit illa vulgata: *Horum erit nullum iudicium, equando enim quæro scilicet omnium pec-*

titum fuit ab tunc adolescentis ævi mangonio?

2. *Pompejus autem hic animo sit.* Ita Pall. & olim eum; ne quis putet P. Manum aut Lambini lectiones sabinas auctoritate bonorum librorum subintelligit; autem, *merere*; quod præcelsi.

3. *Catonem, Philippum, Lælium.* Recentius editi, *Philii*, sed præter avorum memoria culos, item Pall. esse autem à Sigoni conjectura, annotavit Putaenus. Insuperque vult L. Furium Philum Consulè anni V. C. DCXXVII.

etenim quantum interest utrum in Massici radices, et an in Italiam, aliove deducamini? 2. Age vero, definitis locum, quid naturam agri? vero inquit, QUI ARARI, AUT COLI POSSIT, inquit, QUI ARARI, AUT COLI POSSIT. Qui possit arari, inquit, aut coli: non qui aratus, aut cultus sit. Utrum hæc lex est an tabula Veratiana auditionis? in qua scriptum fuisse ajunt: JVGERA CC IN QVIBVS OLIVETVM FIERI POTEST. JVGERA CCC. VBI INSTITVI VINEAR POSSVNT. Hoc tu emes ista innumerabili pecunia, quod arari, aut coli possit? Quod solum tam exile, & macrum est, quod aratro perstringi non possit, aut quod est tam asperum laxetum, in quo agricolarum cultus non elaboreret? Idcirco inquit, agros nominare non possum, quia tangam nullum ab invito. Hoc quoque multo est quæstuosius quam si ab invito sumeret. 3. Inhibetur enim ratio quæstus de vestra pecunia: & tum denique ager emetur, cum idem expedierit emtori, & venditori. Sed videte vim legis Agrariae: ne ii quidem, qui publicos possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione, & pecunia maximâ. Conversa ratio. Antea, cum erat à tribuno pl. mentio legis Agrariae facta, continuo qui agros publicos, aut qui possessiones invidiosas tenebant, pertimescebant. Hæc lex eos homines fortunis locupletat, invidia liberat. Quam multos enim Quirites, existimatis esse, qui latitudinem possessionum tuæ, qui invidiam Sullanorum agrorum ferre non possint? qui vendere cupiant, emtorem non reperiant? perdere jam denique illos agros ratione aliqua velint? Qui paulo ante diem, noctemque, tribunatum nomen horrebant, vestram vim metuebant, mentionem legis Agrariae pertimescebant: ii nunc etiam ultro rogabuntur, atque orabuntur, ut agros partim publicos, partim plebeos invidiam, plenos periculi, quanti ipsi velint, decemviris tradant. Atque hoc carmen hic tribunus pl. non vobis, sed sibi intus canit. Habet locerum, virum optimum, qui tantum agri in illis reip. tenebris occupavit, quantum concupivit. Huic subvenire vult succumbenti jam, oppresso, Sullanis oneribus gravi, sua lege, ut liceat illi invidiam deponere, pecuniam concedere. 4. Et vos non dubitatis, quin vestralia vestra vendatis, plurimo majorum vestrorum sanguine, & sudore quaesita, ut Sullanos possessores divitiis augetis, periculo liberetis? Nam ad hanc emtionem decemviralem duo genera agrorum spectant, Quirites. eorum unum, propter invidiam, domini fugiunt: alterum propter vastitatem, Sullanus ager, à certis hominibus latissime continuatus, tantam habet invidiam, ut veri, ac fortis tribuni pl. fridorem unum perfesse non possit. hic ager omnis, quoquo precio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Alterum genus agrorum, propter sterilitatem incultum, propter pestilentiam vastum, atque desertum, emetur ab iis, qui eos vident sibi esse, quod ab hoc tribuno pl. dictum est in senatu: urbanam plebem nimium in reip. posse: *excitantendam esse*: hoc enim verbo est usus: quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum civium genere loqueretur. Vos vero, si me audire vultis, retinete istam possessionem, gratia, libertatis, suffragiorum, dignitatis, urbis, fori, ludorum, festorum dierum, ceterorum

omnium commodorum: nisi forte mavultis, relictis his rebus, atque hac luce reipubl. in Sipontina siccitate aut in Salapinorum pestilentia finibus Nullo duce, collocari. At dicat, quos agros emturus sit: ostendat & quid & quibus daturus sit. Ut vero, cum omnibus urbis, agros, vestralia, regna vendiderit, tum arenam aliquam, aut paludes emat: id vos potestis, quæso, concedere? Quamquam illud est egregium, quod hac lege anti omnia veniunt, ante pecuniam coguntur, & coæservantur, quam gl'ba una ematur, deinde emi jubet: ab invito vetat. Quarto, si, qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? Referte in Agrarium lex vetat: exigi prohibet. Igitur pecuniam omnem decemviri tenebunt: vobis ager non emetur, vestralibus abalienatis, focis vexatis, regibus, atque omnibus gentibus exinanitis: illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. Facile, inquit, adducuntur pecunia magnitudine ut velint vendere. Ergo ea lex est, qua nostra vendamus, quanti possimus: aliena emamus, quanti possessores velint. Atque in hos agros, qui hac lege emti sint, colonias ab iis decemviris deduci jubet? Quid? omnino ejusmodi locus est, ut nihil intersit reipubl. colonia deducatur in eum locum, necne? an est locus, qui coloniam possulet? 5. est planè, relictus, & quo in genere sicut in ceteris reipubl. partibus, est operæ pretium diligentiam majorum recordari: qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut esse non oppida Italix, sed propugnacula impetii viderentur. Hi deducunt colonias in eos agros, quos ement. Etiamne si reipubl. non expediat? Et in quæ loca præterea videntur? Quid igitur est causæ, quin coloniam in Janiculum possint deducere, & suum præsidium in capite, atque cervicibus vestris collocare? Tu non definitis, 7 quot colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis? tu occupes locum, quem idoneum ad vim tuam judicaris? compleas numero? confirmes præsidio, quo velis? populi Rom. vestralibus, atque omnibus copiis ipsam populum Rom. coerceas? operemur? redigas in istam decemviralem civitatem, ac potestatem? Ut vero totam Italiam suis prædiis obsidere atque occupare cogitet, quæso, Quirites, cognoscite. Permittit decemviris, ut in omnia municipia, in omnes colonias relictus Italix colonos deducant, quos velint: iisque colonis agrum dari jubet. Non obscure majores opes, quam libertas vestra pati potest, & majora præsidia quaeruntur? num obscure regnum constituitur? num obscure libertas vestra tollitur. Nam, cum idem omnem pecuniam, maximam multitudinem, id est, totam Italiam, suis opibus obsidebunt: iidem vestram libertatem suis prædiis, & colonis interclusam tenebunt: quæ spes tandem, quæ facultas recuperanda vestra libertatis relinquatur? At enim ager Campanus hac lege dividetur, orbis terræ pulcherrimus: & Capuam colonis deducetur, urbem amplissimam, atque ornatissimam. Atqui quid ad hæc possumus dicere? De commodo vestro prius dicam, Quirites: deinde ad amplitudinem, & dignitatem revertar: ut, si quis agri, aut oppidi bonitate delectetur, ne quid expectet: si quem rei dignitas commoveret: ut huic simulata largitionis resiliat. Ac primum de oppido dicam, si quis est forte quem Capua magis, quam

Roma

1. An in Italiam.) Non male coniecit P. Manutius in Apuliam; libri tamen nihil variant.

2. Age: non definitis locum, quid naturam agri? vero inquit etc.) Expressit quod erat in Pal. sec. neque recedebat pr. aut vultus impetui, nisi quod ii casura, hæc tenus vulgata: Age vero definitis locum. Quid non agri vero inquit etc. Lambinus architectator nobis fuerat: Quidnam agri? Agri vero inquit, qui etc. quod & probabat Puteanus. sed minus necessario, deceptique sunt omnes illo Verò, quod inchoare sermonem, eis non veniebat in mentem: at ita plus fœnat Tullius, nostra hæc quidem editio, quam adprobabo veris Masarum ac Charitum mystis.

3. Inhibetur enim ratio quæstus? Hæc aliter quidem P. Manutii editio, sed antiquissima internee, quomodo & Pal. pr. quippe sec. inhibetur, quod & in Erturdiano, & quæreadam in eam vocem, sepe enim ex-

turbata est ignorantia scribarum.

4. Et vos non dubitatis, quin vestralia etc.) Fortis multo Pal. sec. Et vos dubitatis, qui reddig. Lambini transpositio vocum, nihil habet bonæ gratiæ. Puteanus faciebat, Et vos non dubit.

5. Est planè relictus etc. quo in genere etc.) Maluit locum insignire asserisco, acque exprimeret cum Victorio lectionem Pall. veterumque ead. quam dare locum Lauredanæ coniecitur, nimium recedentis à litterarum numero: quamvis eam admiserint Manutius, Lambinus, alii.

6. Cervicibus vestris collocare? Absteci verbum pignus. Inualo Pall. tanto facilius, quod mox præcelesisset.

7. Quæ colonias in quæ loca? Sic Lambinus aliquo, admodum verosimiliter, sed non id admittunt nisi nostrant olim cusi, in quibus quæ addeat P. Manutius oratione prioris cap. 5.

Roma delectat. Quinq; milia colonorum Capuam scribi iubet, ad hunc numerum iugingenos sibi singuli sumunt. Quaso, nolite vosmetipsos contolari: vere & diligenter considerare. num vobis, aut vestri similibus integris, quietis, otiosis hominibus, in hoc numero locum fore putatis? Si est omnibus vobis, aut majori vestrum parti: quamquam me vester honos vigilare dies, atque noctis, & intentis oculis omnes reip. partes intueri iubet: tamen paullisper, si ita commodum vestrum feret, connivebo. sed si quinque hominum millibus, ad vim, facinus, eademque delectis, locus, atque urbi, qua bellum facere, atque inludere possit, quaritur: tamenne patiemi, a vestro nomine contra vos firmari opes? armari praesidia? urbes, agros, copias comparari? nam agrum quidem Campanum, quem vobis ostentant, ipsi concupiverunt: deducunt suos, quorum nomine ipsi tenent, & fruuntur: coemunt praeterea: ista dena iugera continuabunt. Nam, si dicent per legem id non licere: ne per Corneliam quidem licet, at videmus (ut longinqua mittamus) agrum Praenestinum a paucis possideri: neque istorum pecunias quidquam aliud deesse video, nisi eiusmodi fundos, quorum subsidio familiarum magnitudines, & Cumianorum, ac Puteolanorum praediorum sumtus sustentare possint. Quod si vestrum commodum spectat: veniat, & coram mecum de agri Campani divisione disputet. Quasi ex eo Kalendis Jan. quibus hominibus, & quemadmodum illum agrum esset distributus, respondit, a Romilia tribu se initium esse facturum. Primum, quae est ista superbia, & contumelia, ut populi pars amputetur, arde, tribuum negligatur? ante rusticis detur ager, qui habent, quam urbanis, quibus ista agri spes, & iucunditas offenditur? aut, si hoc ab se dictum negat, & satisfacere omnibus vobis cogitat: 3. proferat: in jugera dena describat: 4. a Suburana usque ad Arniensem nomina vestra proponat: Si non modo dena jugera dari vobis, sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis: tamenne vexari rem, contemni majestatem populi Rom. deludi vosmetipsos diutius a tribuno pl. patiemini? Quod si posset ager iste ad vos pervenire: nonne eum ramentum in patrimonio vestro remanere malletis? unumne fundum pulcherrimum populi Rom. caput vestra pecunia, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horream legionum, solatium annonae, disperire patiemi? An obiti estis, Italico bello, amissis ceteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis? An ignoratis, cetera illo magnifica populi Rom. vectigalia, 5. perlevi saepe momento fortunae, inclinatione temporis pendere? Quid nos Asiae portus, quid Syriae rura, quid omnia transmarina vectigalia juvabunt, tenuissima suspitione praediorum, aut hostium injecta? At vero hoc agri Campani vectigalium cum ejusmodi est, ut domi sit, & omni-

bus praesidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infestum, nec fructibus varium, nec caelo ac loco calamitosum esse solet. Majoris nostri non solum id, quod a Campanis ceperant, non imminuerunt, verum etiam, 7. quod ei tenebant quibus adimi jure non poterat, coemerunt. Qua de causa nec duo Gracchi, qui de plebis Rom. commodis plurimum cogitaverunt, nec L. Sulla, qui omnia sine ulla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est. Nullus exiit, qui ex ea possessione remp. demoveret: ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Sullae dominatio deiecit. Quem agrum nunc praetercentes vestrum esse dicitis, & quem per iter qui faciunt, externi homines, vestrum esse audiunt: is cum erit divitiis, neque erit, neque vester esse dicitur. At qui homines possidebunt? Primum quidem acres, ad vim prompti, ad seditionem parati, qui simulacrum decemviri conciperint, armati in civeis, & expediti ad eadem esse possint. deinde ad paucos, opibus, & copiis affluentis, totum agrum Campanum perferri videbitis. Vobis interea, qui illas a majoribus pulcherrimas vectigalium sedes 10. armis captas accepistis, gloria nulla de paternis, atque avitis possessionibus relinquatur: actantum intererit inter vestram, & privatorum diligentiam, quod, cum 11. a majoribus nostris P. Licinius, 12. qui princeps senatus, in ea loca missus esset, ut & privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemeret, dicitur renuntiasse, nulla se pecunia fundum ejusdem emere potuisse: eumque, qui nollet vendere, idem negasse se adduci posse, uti venderet, quod, cum plureis fundos haberet, ex illo solo fundo numquam malum nuntium audisset. Itane vero? privata hac causa commovit: populus Rom. ne agrum Campanum privatis gratis, Rullo rogante, tradat, non commovebit? Atqui idem populus Rom. de hoc vectigali potest dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur. Asia multos annos vobis fructum, Mithridarico bello, non tulit: Hispaniarum vectigalibus Sertorianis nullum fuit: Sicilia civitatibus bello fugitivorum M. Aquilius etiam mutuum frumentum dedit, at ex hoc vectigali numquam malus nuntius auditus est. Cetera vectigalia 13. belli facultatibus assurgunt: hoc vectigali etiam belli facultates sustentantur. Deinde in hac assignatione agrorum, ne illud quidem dici potest, quod in ceteris, agros desertos a plebe, atque 14. a cultura hominum liberorum esse non oportere. Sic enim dico: si Campanus ager dividatur, exturbari, & expelli plebem ex agris, non constitui, & collocari. Totus enim ager Campanus colitur, & possidetur a plebe optima, & modestissima: quod genus hominum optimi moratum, optimorum & aratorum, & milium, ab hoc plebicola tribuno funditus ejicitur. Atque illi miseri, nati in illis agris, & educati, glabris subigen dis exercitari, quo se subito con-

D d 4 ferant.

1. Quingenti sibi singuli sumunt.] Pall. non akcent ab olim editis, in quibus qui ingentes; sicque restat item in Erud. 2. Vestra nomen contra vos.] Non videtur insipida lectio Pal. praetera not. 3. Proferat: in jugera dena describat.] Lambinus addit proferat: in jugera dena describat, non ex scriptis, sed ex loco infra, quem ei ostendit Manutius, nobis religio est decedere a libris vetustis. 4. A Suburana usque ad Arniensem.] Emendationis hujus auctores, in Italia M. antus, in Gallia Turnebus, qui videtur lib. xxx. Advers. cap. 17. alluduntque omnino Pall. item nostri & vet. edd. in quibus ab usque ad Arniensem; non uti deinceps euss ab Oribasiana usque ad Arniensem. agitur enim de tribubus Romanis, non de regione aliqua. 5. Perlevi saepe momento fortunae.] Aliter Lambinus, sed propius litteras Gulielmuss, a perlevi, etc. 6. Nec fructibus varium, nec caelo ac loco.] Lambinus tenet, neque fructibus neque caelo neque, non varium fructibus, in quo par atque eadem semper uberitas, unde paullo post dicitur, ex agris Campanis numquam malum nuntium audiri. monuit me notis patris sui novum Gallicum situs P. Puteanus, Gallicae talem agrum vocari, qui veniens in usque les dicit. 7. Quid nos Asiae portus, etc.] Sic Laurendani liber. nostri adhaerent vulgatae, quod & tribus, quae notio an debuerit mutari? eam non ob-

secure sobintelligi posset, hi, aut illi. 8. Et quem per iter qui faciunt.] Ita recte P. Manutius ex veteri lectione, & quem pariter qui faciunt, quod deinde male degeneravit in, & quem pariter qui iter faciunt. 9. Neque erit, neque vester esse dicitur.] Modie sic quidem vulgatur, sed enim Pall. item olim impressi tantum agros, neque vestrum dicitur, maluisse ego; neque erit vester esse dicitur. 10. Arva capti.] Lambinus, parvas; tanquam si alterum minus dicitur posset. O cerebrum! 11. A majoribus nostris.] Sic Pall. melius recepto, vestra, mea quidem opinione. 12. Qui princeps Senatus.] Et hoc quoque a Pall. item edd. vet. nisi quod ex Senatus, pronomen neglectum fuit a correctoribus saeculi prioris. 13. Belli facultates sunt haec res, etc.] etiam belli facultates sustentantur.] Palatinus ille seculi diffinitio 5. & mox diffinitio sustentantur; cui profecto potius accesserim, quam alii multis membranis nota minus seletta. 14. A cultura hominum liberorum esse.] Puteanus conjicit; liberis, cujus nomen, cur hinc subiceat Lambinus, nescio, neque enim ab urda est emendatio.

ferant, non habebunt. his robustis, & valentibus, & audacibus decemviriū satellitibus agri Campani possessio tota tradetur. & ut vos nunc de vestris majoribus predicatis: **HVNC AGRVM** nobis majores nostri reliquerunt: sic vestri posteri de vobis predicabunt: **HVNC AGRVM** patres nostri acceptum a patribus suis, perdiderunt. Equidem existimo, si jam campus Martius dividatur, & unicuique vestrum, ubi consistat, vini pedes assignentur: tamen honestis eum vos universi, quam singuli possideretis. Nunc verò, cum ad vos nihil pertineat, sed parerit aliis, eripiatur vobis: nonne acerrimè, tanquam armato hosti, sic haec legi, pro vestris agris resistetis? Adjungit Stellatum campum agro Campano: & in eo duodena describit in singulos homines jugera. Quasi verò paullum differat i ager Campanus, ac Stellatis. Et multitudine, Quirites, quæritur, qua illa omnia oppida compleantur. Nam dixi antea, lege permitti, ut, quæ velint municipia, quas velint veteres colonias, colonis suis occupent. Calenum municipium complebunt: Theanum oppriment: Atellam, Cumas, Neapolin, Pompejos, Nuceriam suis praefidiis devincient: Puteolos verò, qui nunc in sua potestate sunt, suo jure, libertateque utuntur, totos novo populo, atque adventitiis copiis occupabunt, & tunc illud Campanæ vexillum colonia, vehementer huic imperio timendum, Capua à decemviris inferretur: tunc contra hanc Romam, communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma quæretur. In id oppidum homines nefarii reimp. nostram transferre conantur, quo in oppido majores vestri nullam omnino temp. esse voluerunt: qui tres solum urbeis in terris omnibus, Karthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt, posse imperii gravitatem ac non sustinere. Deleta Karthago est, quod cum hominum copiis, tum ipsa natura, ac loco, succincta portibus, armata muris, excurrere ex Africa, & imminere ita fructuosissimis insulis populi Rom. videbatur. Corinthi vestigium vix relictum est: erat enim posita in angustiis, atque in faucibus Græciæ, sic, ut terra claustra locorum teneret, & duomaria maxime navigationi diversa paritè conjungeret, cum pertenui discrimine separarentur. Hæc, quæ proculerant à conspectu imperii, non solum afflixerunt, sed etiam, nequando recreata exsurgere, atque erigere se possent, funditus ut dixi, sustulerunt. De Capua multum est, & diu consultum: extant literæ, Quirites, publicæ: sunt senatus consulta complura. Statuerunt homines sapientes, si agrum Campanis ademissent, magistratus, tenatum, publicum ex illa urbe consilium sustulissent, imaginem reip. nullam reliquissent: nihil fore, quod Capuam *imoremus*. Itaque hæc per scriptum in monumentis veteribus reperieris, ut esset urbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset: ut esset locus comportandis, condendisque fructibus: ut aratores, culti agrorum deflessi, urbis domiciliis uterentur: idcirco illa aedificia non esse deleta. Videtè, quantum intervallum sit interiectum inter *majorum nostrorum consilia*, & inter istorum hominum dementia. Illi Capuam, receptaculum aratorum, mundinas rustico rum, callam, atque horreum Campani agri esse voluerunt:

hi, ex pulvis ratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris, eandem Capuam sedem novæ reip. constituunt, molem contra veterem temp. comparant. Quod si majores nostri existimassent, quemquam in tam illustri imperio, & tam præclara populi Rom. disciplina, M. Bruti, aut P. Rulli similem futurum (hos enim nos duos adhuc vidimus, quæ hanc temp. Capuam totam transferre vellet) profectio nomen illius urbis non reliquissent. Verùm arbitrabantur, Corintho, & Karthagini etiam si senatum, & magistratum sustulissent, agrumque civibus ademissent, tamen non de fore, qui illa restituerent, atque, qui ante omnis commutarent, quam nos audire possemus: hic verò, in oculis S. P. Q. R. nihil posse existere, quod non ante *extinguat*, atque opprimi posset, quam planè *extortum*, ac natum esset, neque verò ea res se felicit homines, divina mente, & consilio præditos, nam post Q. Fulvium, Q. Fabium, Cos. quibus consulibus Capua, & devicta, atque capta est, nihil est in ea urbe contra hanc temp. non dico factum, sed nihil omnino excogitatum. Multa postea bella gesta cum regibus, Philippo, Antiocho, Persa, Pseudophilippo, Antigonico, Mithridate, & ceteris: multa præterea bella gravia & Karthaginensium, Corinthum, Numantinum: multæ in hæc rep. seditiones domesticæ, quas prætermitto: bella cum sociis, Fregellanum, Mariscum: quibus omnibus domesticis, externisque bellis Capua non modo non obfuit, sed *opportunitatem* se nobis præbuit & ad bellum instruendum, & ad exercitus ornandos, & testis, ac sedibus suis recipiendos. Homines non incrant in urbe, qui *malu concionibus*, turbulentis senatusconsultis, iniquis impetibus temp. miscerent, & rerum novarum causam aliquam quærerent, neque enim concionandi potestas erat cuiquam, ne consilii capiendi publici: non gloriæ cupiditate efferebantur, propterea quod, *vbi nonos publice non est*, ibi gloriæ cupiditas esse non potest: non contentione, non ambitione discordes, nisi enim supererat, de quo certaretur, nihil, quod contra peterent: nihil, ubi dissiderent. Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam *ferociam*, ratione, & consilio majores nostri ad incertissimum, & desidiosissimum onium perduxerunt. Sic & crudelitatis infamiam fugerunt, quod urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt: & multum in posterum providerunt, quod, nervis urbis omnibus exsectis, urbem ipsam, solutam, ac debilitatam reliquerunt. Hæc consilia majorum M. Bruto, ut antea dixi, reprehendenda, & P. Rullo visa sunt: neque te, P. Rulle, omnia illa M. Bruti, atque auspicia, à simili furore deterrent. Nam & ipse, qui deduxit, & qui magistratum 7 Capuæ, ea lege creati, ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attulerunt, omnes acerbissimas impiorum *panas pertulerunt*. Et quoniam Bruti, atque temporis illius feci mentionem, commemorare id, quod egomet vidi, cum venissem Capuam coloniam, deductam L. Confidio, & Sext. Seltio (quemadmodum ipsi loquebantur) prætoribus: ut intelligatis, quantum *locus ipse afferat superbiam*: quæ paucis diebus quibus illo colonia deducta fuit, percipit, atque intelligi potuit. Nam primum, id quod dixi, cum ceteris in coloniam duumviri appellerent, hi se prætores appellari volebant. Quibus *primus annus* hanc cupiditatem attulisset, nonne

1. Ager Campanus, ac Stellatis. Et multitudine.] Lambinus heic reponit, & stellatis, sicuti multi, proprius fuisse a stellatis, sed multi, sed Gulielmus mavult, ac stellatis sed multi, quod & nominandi casus, & spinatus, stellatus, verus dicatur, quod vulgo in se terè terminamus, ut ostendit libro IV. Priscianus.

2. Tunc illud Campanæ vexillum colonia.] Minime excludenda videbatur hæc vox à Lauretano nata, inepit enim al. & editè itam scripta, *antimum Campanæ colonia*, quod tamen probat Fulvius Vrsinus.

3. Imminere ita fructuosissimis.] Conjecit Ant. Augustinus, *im. Italia*, & fruct. quod admodum statim Lambinus, putabat Gulielmum relictum

dum potius *im. sin fruct.*

4. Quoniam intervallum sit interiectum inter majorem nostr. consilium.] Sufficiens quæstio sit inter majorem, &c. abjectis vocibus aliis illis duobus.

5. Devicta atque capta est.] Negat hoc Iosephus Scaliger, commentariis ad Eusebium: qui consulat.

6. Karthaginensium.] Lauretanus, Karthaginense III. ingeniose.

7. Capua ea lege creati.] Est à P. Manutio, monstrosc enim prius legabatur, Capua & Leocrantis quod tamen ferè item in m. Pall. nam Roford. Capua licet ager, editis princeps, Cap. & Leocranti.

nonne arbitramini paucis annis fuisse consulum nomen appetituros? Deinde antebant lictores, non cum bacillis, sed, ut hic pratoribus antebant, cum fascibus duobus. erant hortic majores in foro constituta, quae ab his pratoribus de tribunalis, sicut et nobis consulibus de consilii sententia probatis, ad praconem, & ad tribunicem immolabantur. deinde patres conscripti vocabantur. Jam vero *vultum Confidii* videre, ferendum vix erat. Quem hominem vegrandi macie torridum, Romae contentum, atque abjectum videbamus, hunc Capuae Campano supercilio, ac regio spiritu cum videremus, Magios, Blossios mihi videbar illos videre, ac Jubellios. Jam vero qui *metus* erat tunicatorum illorum? & in Albana & Sepiasia, quae concursatio percontantium, quid prator edixisset? ubi coenaret? & quid enuntiasset? Nos autem, hinc Roma qui veneramus, jam non hospites, sed peregrini, atque advenae nominabamur. Haec qui prospexerint, majores nostros dico, Quiritites, non eos in deorum immortalium numero venerandos a nobis, & colendos putatis? quid enim viderunt? hoc, quod nunc vos, quae perspicite, atque cognoscite. **NON INVENIANTUR** hominibus mores tam a stirpe generis, ac seminis, quam ex iis rebus, quae ab ipsa natura loci, & a vitae consuetudine suppeditantur: quibus alimur, & vivimus. Karthaginienses, fraudulentis, & mendaces, non genere, sed *natura loci*, quod, propter portus suos, multis, & variis mercatorum, & advenarum sermonibus, ad studium fallendi, studio quaestus vocabantur. Ligures, montani, duri, atque agrestes. docuit *ager ipse*, nihil ferendo, nisi multa cultura, & magno laboris quantum. Componi, semper superbi *bonitate agrorum*, & fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, 6 primam illa nata sunt: arrogantia, quae a majoribus nostris alterum Capua consullem postulavit: deinde ea luxuries, quae ipsum Hannibalem armis etiam tum invictum, *voluptate viciit*. Huc isti decemviri 7 etiam numerum colonorum ex lege Rulli deduxerint: centum decurias, decem augures, sex pontifices constituerint: quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? Romam in montibus positam, & convallibus, caenaculis sublatam, atque suspensam, non *optima vita*, angustissimis semitis, praesua Capua, planissimo in loco explicata, & ac praeter illis semitis iridebunt, atque contemnent. agros vero, Vaticanum, & Pupiniam, 9 cum suis optimis, atque uberibus campis, 10 conferendos scilicet non putabunt. oppidorum autem finitimos illum copiam cum hac periculum, ac per jocum contendunt: Labicos, Fidenas, Coillatiam, ipsum hercle Lanuvium, Ar-

ciam, Tusculum, cum Calibus, Theano, Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompeis, Nuceria comparabunt quibus illi rebus elati, & inflati, fortasse non *contemunt*, sed certe, si paulum assumerint vetustatis, ac roboris, non continebuntur: progredientur longius, efferentur. **SINGULARIS** homo privatus, nisi magna sapientia praeditus, vix facile se se regionibus officii, magnis in fortunis, & copiis, continet: nedum isti, ab Rullo, & Rulli similibus conquisiti, atque electi coloni, Capuae, in domicilio superbia, atque in sedibus iuxuriae collocati non *statim* conquisituri sint aliquid sceleris, & flagitii. immo vero etiam hoc magis, quam illi veteres germanique Campani, quod in veteri fortuna illi natos, & educatos, nimis tamen rerum omnium copia depravabant. hi ex summa *egestate*, in eandem rerum abundantiam traducti, non solum copia, verum etiam, insolentia commovebuntur. Haec tu, P. Rulle, M. Bruti sceleris vestigia, quam monumenta majorum sapientiae sequi maluisti: haec tu, cum istis tuis actoribus excogitasti: ut vetera vestigalia venderetis, & expletis nova. Urbi Capuae 13 ad certamen dignitatis opponere vis, ut sub vestrum jus, jurisdictionem, potestatem, urbes, nationes, provincias, liberos populos, reges, terrarum denique orbem subiungeretis. ut, cum omnem pecuniam ex arario exhausissetis, ex vestigalibus redegerissetis, ab omnibus regibus, gentibus, imperatoribus nostris coegissetis, tamen omnes vobis pecunias *ad nutum vestrum penderent*: ut iidem partim invidiosos agros a Sullanis possessoribus, partim desertos, ac pestilentis, a vestris necessariis, a vobismet ipsis emtos, quanti velletis, populo Rom. induceretis: ut omnia municipia, coloniasque Italiae novis colonis occuparetis: ut quibuscumque in locis vobis videretur, ac quam multis videretur, colonias collocaretis? ut omnem rempub. vestris militibus, vestris urbibus, vestris praediis cingeretis, atque *oppressam teneretis*, ut ipsum Cn. Pompejum, cuius praesidio sapientissime populus Rom. contra aceritimos hostes, & contra improbissimos civis victor exstitit, proscribere, atque horum conspectu private possidetis: ut nihil auro, & argento violari, nihil numero, & suffragiis declarari, & nihil *in aciem* perfringi posset, quod non vos oppresissetis, atque ceptum teneretis: ut volutaretis interea per gentes, per regna, omnia cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia: ut veniretis in castra Cn. Pompei, atque ipsa castra, si commodum vobis esset, venderetis, ut interea magistratus reliquos, *legibus omnibus soluti*, sine metu iudiciorum, sine periculo, petere possidetis: ut nemo ad populum Rom. vos adducere, nemo producere, non senatus cogere, non consul coercere, non tribunus pl. retinere possit.

D d 5

1. Cum bacillis, sed ut hic pratoribus antebant, etc. Pal. sec. atque Erasm. addunt, Pratoribus urbanis. Et sicut, pratoribus baculis, sed alterum restat in utroque Pall. qui mox habent, fascibus duobus.
 2. De castis fontibus probatis. Rec. non istud Pall. explicatque Briffonius libro 1. de Formulis & solemnibus pop. Rom. verbis. Lauredanus volebat probata, quod & admisit Lambinus, & est admodum simile vero. Panthagathos probata, ubi probantibus.
 3. Vegrandi macie torridum. Placuit illud Manutio, Lambino, Vrsino, scripti tamen ut grandi, quomodo & lectio recepta. nam editio omnium prima, & grandi. Puteanus nullo fere horridum.
 4. Cum videremus, Magios, Blossios, etc. Mallet, viderent: utique eum restat in Pall. editionibusque obsoletis cum videremus Blossios, etc. Et illo Magios, quod tamen an sic a meo branacis libris, viderent Critici, ego vix puro. neque aliquid inquam commisit legibus, car hoc iter seditionis proditorum locaretur, si sine, tunc fane maneat, cum videremus Blossios, etc.
 5. Quid innotuisset? Pall. & add. veter. quid innotuisset? ut forte fuerit, quod de innotuisset, ad eam scilicet, ut etiam in mentem venerat Guilelmio.
 6. Primum illa nata sunt. Sic etiam Victoriana, ac vetustiores illa agra sunt. omnium prima, aperta, quod ultimum alicui placere posset, nisi existeret in Pal. loc. illa agra sunt, quod tamen forsitan adhuc mutandum in scriptis.
 7. Cum videremus, etc. Numerus pro multitudine, ut initio orat. pro Fontejo, & scriptus alias, inquit Guilelmus: verum olim typis impressum, cum aliis editorum, ut forte fuerit, in notum est, latet

aperit. Lauredanus conjiciebat, cum too videremus, ingeniose. Pall. nostri habent cum mo. sed non simpliciter, virgula enim, inebantibus terz, quod notat fere ille med, de quo jam dixi.
 8. Ac praeter illa semitis. Innotuit enim nullas fuisse Capuae, itaque nihil mutandum cum Lambino, cum aliis.
 9. Cum suis opimis, etc. Lambinus opimis. Pall. nihil mutant, tantum loc. pro opimis, veteri scripturae modo.
 10. Conferendos scilicet non putabunt. Accedo sententiae Senatoris Parrini, Puteantis arbitrantis negationem hinc supervacuum. hinc eam in die per ironiam, ostendit particula scilicet, atque id quod sequitur, contendens comparabunt.
 11. Cum ista sua dicitur. Haud aliter quoque Pall. & olim impressi Lambinus, dicitur, de suo scilicet.
 12. Ut vetera vestigalia venderetis, & expletis nova. Sollemnius conjicit, expletis, ego expletis nova. Pall. hinc eunt a vulgata. nam fecerit habet, ut vetera vestigalia ea expletis nova, quod idem in primo, sed id est vacuum spatium, post nova, litterarum trium, an notatumque ad oram: desit una vestis. & vero talis lectio laetinaque litterarum: viginta, extat in editione anni CCCLXXXIII.
 13. Ad certamen dignitatis opponere vis. Cum sequatur, venderetis & subiungeretis, non vituperare eos Puteanus, qui legunt, opponere vis.
 4. Nihil in aciem. Est conjectura a Lauredaniana. nam vulgo recepta lectio, nihil status non videntur in olim editis, qui nihil videntur, quod & in Pal. pr. non sec. vel lexe. aliorum scripti vel lecta, unde faciebat Guilelmus, videret hinc manu, di vinationes plures suppeditant Notz Lambini.

fit. Hæc ego vos concupisse pro vestra stultitia, atque in-
 temperantia non miror: sperasse, me consule, assequi posse,
 demiror. Nam cum omnium consulum gravis in republ.
 euitodienda cura, ac diligentia debet esse, tum eorum ma-
 xime, qui non in canabulis, sed in campo sunt consules facti.
 nulli populo Rom. pro me majores mei sproponde-
 runt: mihi creditum est: à me petere, quod debeo, me
 ipsum appellare debetis. Quemadmodum, cum petebam,
 nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: sic,
 si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis de-
 precentur. Quare, modo ut vita suppetat, quamquam ego
 sum is, qui eam possim ab istorum scelere, insidiisque de-
 fendere: polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide rem-
 publ. vigilanti homini, non timido: diligenti, non ignavo
 commisitistis. Ego is consul, qui concionem meam? qui
 tribunos pleb. perhorrescam? qui sæpe, & sine causa tu-
 multuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si
 tribunos pleb. duci iussisset? 1 Ego nondum vestris armis
 armatus, insignibusque amplissimis ornatus, imperio, au-
 thoritate, 2 non horui in hunc locum progredi, vobisque
 auctoribus improbitati hominis resistere: nunc vereor, ne
 resp. tantis munita præsiidiis, ab istis vinci, aut opprimi
 possit? Si antea timuissem, hæc concione, hoc populo,
 certe non vererer. Quis enim umquam tam secunda con-
 cione legem Agrariam suavit, quam ego diffusit? si hoc
 dissuadere est, ac non disturbare, ac pervertere, Ex quo in-
 telligi, Quirites, potest, nihil esse tam populare, quam id,

quod ego vobis in hunc annum consul popularis offero,
 pacem, tranquillitatem, otium. Quæ nobis designatis timeba-
 tis, ea ne accidere possent, consilio meo, ac ratione provi-
 sa sunt. non modo vos eritis in otio, qui semper esse vo-
 lueratis, verum etiam istos, 3 quibus otiosi negotium fa-
 cestimus, otiosissimos reddam. Etenim illis honores, po-
 testates, divitiæ, ex tumultu, atque ex dissensionibus certis
 comparari solent: vos, quorum gratia in suffragiis consi-
 stit, libertas in legibus, 4 honos in iudiciis & æquitate
 magistratus, & res familiares in pace, omni ratione otium
 tenere debetis. 5 Nam, si ii, qui propter desidiæ in otio
 vivunt, tamen in sua corpora inertia capiunt voluptatem: sub
 ipso otio, quo vos fortunam regitis, si hunc & statum,
 quem habetis, esse meliorem non ignoratis, non ut qua-
 rum, sed vita partum otium tenueritis. 7 Quod ego &
 concordia. quæ mihi constitui cum collega, 8 invitissimis
 iis hominibus, quos in consulatu inimicos esse & animis,
 & corporis actibus providi, omnibus prospexi sanè, & re-
 vocavi. idem tribunis pleb. denuntiavi, quid turbulenti,
 me consule, constarent. Summum, & firmissimum est il-
 lud communibus fortassis præsidium, Quirites, ut, quales vos
 hodierno die maxima concione mihi pro salute vestra præ-
 buistis, taleis reliquis temporibus populo Romano præ-
 beatis. 9 pro certo polliceor hoc vobis, atque confirmo,
 me esse perfecturum, ut jam tandem illi, qui honori invi-
 derant meo, tamen vos universos in consule deligendo
 plurimum videri fateantur.

M. TULLIUS CICERO
 DE
 LEGE AGRARIA,
 CONTRA
 P. SERVILIUM RULLUM,
 TRIBUNUM PLEBIS, AD POPULUM.
 ORATIO DECIMASEPTIMA.

SYNOPSIS.

Accusatus Cicero à tribuni plebis, quod Syllanarum assignationem possessoribus gratificaretur, & legi Agraria Rulli tam volen-
 titer obisteret. His criminationibus respondet hæc oratione Cicero.

QUOMODIUS fecissent tribuni pleb. Quirites, si, quæ 1 apud vos de me deferunt, ea coram potius, me præsentem, dixissent. nam & æquitatem vestræ disceptationis, & consuetudinem superiorum, & jus suæ potestatis retinuissem.

sed quoniam adhuc præsens certamen, contentionemque fugerunt: nunc, si videtur eis, in meam concionem prodeant, & quod provocati à me, venire noluerunt, revocati saltem revertantur. Video quosdam Quirites strepitu significare necio quid, & non eosdem vultus, quos proxima mea

1. Ego nondum vestris armis armatus.] Locos iste totus est fractus, nam Pal. pr. Ego cum vestris, sicque edicit, vet. Pall. sec. Ego cum vestris, &c. Mox ubi hodie legitur: hæc verba perisub, &c. habet Pal. leg. vestris, verba ut P. R. tantum, pr. vestris: nec verba ut P. P. quomodo & olim editi, nisi quod primus resp. Puteanus tentabat: hæc verba tantum mutata præsiidiis ut resp. ab istis, &c.
 2. Non horui in hunc locum progredi, resistere.] Mf. nostri & editi ante centum & triginta annos, non horui in hunc locum progredi, resistere, quod esse in omnibus sacæ adhuc imprestis, excepta Lambiniana, eaque traductibus.
 3. Quibus otiosi negotium facestimus.] Hæc est conjectura Sigonii nam vulgo est, facestimus, at antiquiores edd. quibus otiosi negotium facestimus, quod & in Pal. pr. quippe sec. editio, atque otiosi reddam, quod atque etiam restat in editione anni CCCCXXXIII, qui tamen, resistimus.
 4. Hinc in iudiciis, & æquitate magistratus, & res familiares in pace.] Pal. hæc in iudiciis, & æquitate magno, res res familiares in pace, neque aliter edito prima, nisi quo & ipsa hæc secunda tamen præter hinc.
 5. Quod esse perfecturum.] Editio non plane neuterque, devolventes, sed abeunt ab eis utatæ profectionis non aut. Pall. & liber Conjecti.

5. Nam si hic, &c.] Pal. prim. Nam est si. edd. vet. Nam est si, Pal. secund. Tamen à hi.
 6. Statum quem habetis, esse meliorem non ignoratis, non ut quæsum, sed, &c.] Pal. pr. statum quem habetis esse non ignorati, an quæsum, sed, &c. sec. statum quem hab. esse non ignorati non quæsum, sed. quo modo habet quoque editio prima: verum secunda retinet, ignorati an quæsum.
 7. Quod ego & concordia.] Sic Pall. editione secunda, nam prima, ex concordia, quod recepit Lambiniana.
 8. Invitissimis iis hominibus, quæ vos in Cos. invitio esse & corporis actibus providi.] Invitissimus esse hominibus, quæ vos in Cos. invitio esse & corporis actibus providi, sec. invitissimus esse hominibus, quæ vos in Cos. invitio esse & corporis actibus providi, atque his scere similia videntur in editionibus exolevis.
 9. Pro certo polliceor hoc vobis, &c.] Palat. sec. atque Erfurd. pro certo polliceor hoc vobis, &c.
 & tamen vulgata Latina vix est, erit, si loquamur, digressum.